T. LIVII PATAVINI DE SECVNDO BELLO PVNICO LIBER PRIMVS INCIPIT.

IN PARTE OPERIS MEI LICET PRAEFARI mihi quod in principio summe totius professi sūt pleriq; rerū scriptores: bellum maxime memorabile omnium quę unq̄ gesta sunt me scripturū: Quod Annibale duce Carthaginenses cum Populo Romano gessere. Nam neq; ualidiores opibus ulle inter se ciuitates gentesq; contulerunt arma. neq; his ipis tantū unq̄ uirium aut roboris fuit: & haud ignotas belli artes inter se sed exptas primo punico conserebant bello & adeo uaria belli fortuna ancepsq; marsfuit ut propius periculo fuerint qui uicerunt. Odiis etiam propemaioribus certarunt: q̄ uiribus. Romanis indignantibus/quod uictoribus uicti ultro inferrent arma. Poenis qđ superbe auarecq; crederent imperitatum uictis esse. fama etiam est Annibalem annorū ferme nouem pueriliter blandientem patri Hamilcari ut duceretur in hispaniam: cum pfecto Africo bello exercitum eo traiecturus sacrificaret altaribus admotum. tactis sacris iureiurando adactum se cum primū posset hostem fore populi r. Angebāt ingentis spiritus uirum Sicilia Sardiniaq; amisse. Nam & Siciliam nimis celeri desperatiōe concessam & Sardiniam inter motum Africę fraude Romanorū: stipendio etiam superimposito: interceptam. His anxius curis ita se Africo bello quod fuit sub recentem Romanam pacem per. v. annos ita deinde nouem annis in hispania augendo punico imperio gessit: ut apparerā mauis eum: q̄ qđ gereret: agitare in aio bellum. & si diutius uixisset Hamilcare duce Poenos arma Italię inuecturos fuisse qui Annibalis dudu intulerunt. Mors Hamilcaris peropportuna & puericia Annibalis distulerunt bellum. Medius Hasdrubal inter prem & filium octo ferme annos imperium obtinuit: flore etatis uti ferunt primo Hamilcari conciliatus. Gener inde ob aliam indolem profecto animi adsciscitus & quia gener erat factionis Barchine opibus que apud milites plebem q; plusq̄ modice erant. haud sane uoluntate principū in imperio positus. Is plura consilio q̄ ui gerens: auspiciis Regulorū magis/conciliandisq; per amicitiā principum nouis gentibus q̄ bello aut armis

Juramentum hannibalis de inferendo romanis bello.

Hasdrubal gener hamilcaris



8

P. 63

Property of
Boston Public Library
Rare Books Department

Pl 63. cod 8

Pauca de .T. Liuio á Iohanne boccacio collecta

.T. Liuius inter ceteros ciuiscunq; eui scriptores clarissimus historiographus fuit. Hic ut nonnullis placet anno secundo olympiadis .clxxx. patauii ex clara familia honestis q; parentibus natus est. Qui cum iam doctrinis eruditus & ætate proiectus esset: romam se conferens & equestri ascriptus ordini / ad scribendas romanorum historias animū apposuit: uisis q; eorum annalibus & scriptorū qui se precesserant uoluminibus: & supfluis omissis: tanta cum fide ac ueritate & elegantia stili / tam solida atq; succiplena oroe: tam q; decora atq; pellucida continuatione .cxlij. libros scripsit: ut nil medium aut finis tam ingentis operis á principio differre uideatur. Sumpsit .n. initium ab urbe condita: & in id usq; tempus ꝓtraxit historiam in quo Drusus Tiberij cesaris frater bellum aduersus germanos gerens cruris fractura mortuus ē. Quod circa olympiadem .clxxxxv. octauiano augusto imperante gestū creditur. Et sunt qui existiment eum patauii tantū scripsisse: ac romam librarijs / seu bibliothecarū custodibus decadas misisse: nec quenq; eo scribente secum conferre potuisse. Alij uero non patauii tantum: sed rome aliquando / seu ruri: apud quod haud longe romam sibi solitariā mansionem delegerat. Huius tam celebris splendida' que longe late' q; fama fuit: ut ab extremis orbis partibus non nullos ad se tanquam diuinū hominē uisendum adeo ardenti desiderio pellexerit: ut uenientes neglecta roma tunc rerum domina / si abesset illum extra perquirerent: ut liquido uir sanctissimus atq; doctissimus hieronymus romane ecclesie presbyter cardinalis in praemio biblie in eius eximiam laudem testatur dicens. Ad .T. liuiū lacteo eloquentie fonte manantem ex ultimis hyspanie galliaq; finibus quosdam uenisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui roma nō traxerat / uniuſ hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditū omnibus seculis celebrandum q; miraculum: ut urbem tantam ingressi aliud extra urbem quaererent. Demum cum lxxvij. suae ætatis annū ageret / anno Tiberij cesaris. uij. patauii uitae & labori subtractus ē: & ibidem ciues sui sepultū uolunt: ꝓducentes lapidem unū ab agricultore agrū secus ciuitatem altius soluto foduente / dieb; nostris compertū: in quo hæ leguntur litteræ. .V. F. T. LIVIVS. LIVIAE. T. F. QVARTAE .L. HALYS. CONCORDIALIS PATAVI SIBI ET SVIS OMNIBVS. Quas in suū epitaphium sculptas credunt. Is aut lapis uetusta purgatus carie & litteris in primam formositatem redactis iussu inclyti uiri Iacobi de carraria tunc patauii imperantis apud monasterium Sce Iustine uirginis in pariete uestibuli ecclesie affixus in hodiernū usq; uidetur.

T LIVII PATAVINI DE SECVNDO BELLO
PVNICO LIBER PRIMVS INCIPIT.

IN PARTE OPERIS MEI LICET PRAEFARI
mihi quod in principio summe totius professi sūt
plerique rerū scriptores: bellum maxime memo
rabile omnium quę unq̄ gesta sunt me scripturū:
Quod Annibale duce Carthaginenses cum popu
lo Romano gessere. Nam neq; ualidiores opibꝰ
ullę inter se ciuitates gentesq; contulerunt arma.
neq; his ipis tantū unq̄ uirium aut roboris fuit: &
haud ignotas belli artes inter se sed exptas primo
punico conserebant bello & adeo uaria belli fortuna ancepsq; mars
fuit ut propius periculo fuerint qui uicerunt. Odiis etiam prope ma
ioribus certarunt: q̄ uiribus. Romanis indignantibus/quod uicto
bus uicti ultro inferrent arma. Poenis qđ superbe auareq; crederent
imperitatum uictis esse. Fama etiam est Annibalem annoꝝ ferme
nouem pueriliter blandientem patri Hamilcari ut duceretur in hispa
niam: cum pfecto Africo bello exercitum eo traiecturus sacrificaret
altaribus admotum: tactis sacris iureiurando adactum se cum primū
posset hostem fore populi r. Angebat ingentis spiritus uirum Sici
lia Sardiniaq; amisse. Nam & Siciliam nimis celeri desperatiōe conces
sam & Sardiniam inter motum Africe fraude Romanoꝝ: stipendio
etiam superimposito: interceptam. His anxius curis ita se Africo bello
quod fuit sub recentem Romanam pacem per. v. annos ita deinde no
uem annis in hispania augendo punico imperio gessit: ut appareret
mauis eum: q̄ qđ gereret: agitare in animo bellum. & si diutius uixisset
Hamilcare duce Poenos arma Italię inuecturos fuisse qui Annibalis du
ctu intulerunt. Mors Hamilcaris peropportuna & puertia Anniba
lis distulerunt bellum. Medius Hasdrubal inter prem & filium octo
ferme annos imperium obtinuit: flore etatis uti ferunt primo Hamil
cari conciliatus. Gener inde ob aliam indolem profecto animi adsci
tus & quia gener erat factionis Barchine opibus que apud milites
plebemq; plusq̄ modice erant. haud sane uoluntate principū in impe
rio positus. Si plura consilio q̄ ui gerens: auspiciis Requloꝝ magis/con
ciliandisq; per amicitiā principum nouis gentibus q̄ bello aut armis

Iuramentum hannibalis de
inferendo romanis bello.

Hasdrubal gener hamilcaris

BIBLIOTECA MEDICEA LAURENZIANA

Mors hasdrubalis.

Egregia serui fides

Rem Carthaginensem auxit. Ceterum nihilo ei pax tutior fuit. Barbarus eum quidam obuiam palam interfecti domini obtruncauit: comprehẽsusq. a circũstantibus haud alio q̃ si euasisset uultu: tormentis quoq. cũ lacerarentur eo fuit habitu oris ut supante letitia dolores ridentis etiam spẽm prebuerit. Cũ hoc Hasdrubale qa mirę artis in solicitãdis gentibus impioq. iungendis suo fuerat fedus renouauerat p. r. ut finis utriusq. impii esset amnis hiberus: Saguntiniq. medius inter impia duoꝝ populoꝝ libertas seruaretur. In hasdrubalis locum haud dubia res fuit quin prerogatiua militarem qua extemplo iuuenis hannibal intra Pretorium delatus: Impatorq. ingenti oĩum clamore atq. assensu appellatus erat fauor etiam plebis sequebatur. Hunc uix dum puberem Hasdrubal ad se accersierat. Adeoq. res in Senatu ẽt fuerat Barchinis nitentibus ut assuesceret militię Annibal: atq. in paternas succederet opes. Hanno alterius factionis princeps. & equum postulare uidetur inquit Hasdrubal. & ego tñ non censeo qd petit tribuendũ. Cum admiratione tam ancipitis sententię in se omnes conuertisset florem etatis inqt Hasdrubal quem ipe prĩ Annibalis fruendũ prebuit iusto iure eum a filio repeti censet. Nos tñ minime decet iuuentutẽ nr̃am pro militari rudimento assuefacere libidini Pretoꝝ. An hoc timemus ut hamilcaris filius nimis sero impia imo dica & regni spem uideat: Et cuius Regis genero hereditarii sunt relicti exercitus nr̃i: cuius filio parum mature seruiamus: Ergo istum iuuenem domi tenendũ sub legibus sub magr̃atibꝫ docendũ uiuere eq̃ iure cũ ceteris censeo: nequandoq. paruus hic ignis incendũ ingens excusceret. Pauci ac ferme optimus quisq. Hannoni assentiebantur. Sz ut plerunq. fit: maior pars meliorẽ uicit. Missus Annibal ĩ hispaniã primo statim aduentu omẽm exercitũ in se conũtit. Hamilcarem uiuentem redditũ sibi uetereꝫ milites credere: eundem uigorem in uultu: uimq. ĩ oculis: habitũ oris: liniamentaq. intueri. Deinde breui effecit ut pater in se minimũ momentũ ad fauorem conciliandũ esset. Nũ q̃ ingenium idem ad res duerssimas parendũ atq. imperãdum habilius fuit. Itaq. haud facile discerneres utrum Impatori aut exercitui carior esset. neq. Hasdrubal alium quenq̃ pficere malle ubi quid fortiter ac strenue agendũ esset: neq. milites alio duce plus cõfidere aut audere. plurimũ audacię ad pericula capessenda: plurimũ cõsilii inter ipa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari: aut aĩus uĩ

Verba Hamonis in senatu de hamibale ad hasdrubalẽ nõ mittendo

Laudes hamibalis

ci poterat. Caloris ac frigoris patientia par: cibi potionisq. desiderio na
turali nō uoluntate modus finitus uigiliaq; somniq: nec die nec
nocte discriminata tempora Id qđ gerendis rebus superesset: q
eti datus. Ea neq. molli strato neq. silentio accersita. Multi sepe
militari sagulo opertū humi iacentē inter custodias stationesq.
militū conspexerunt. Vestitus nihil inter equales excellens: arma
atq. equi conspiciebantur: eqtū peditūq. idem longe primus e
rat: Princeps prelium inibat. Vltimus conserto prelio excedebat.
Has tantas uiri uirtutes ingentia uitia equabant. Inhumana cru
delitas. perfidia plusq̄ punica. Nihil ueri nihil sancti. nullus dei
metus: nullum uisiurandū: nulla religio: Cum hac indole uirtutū
ac uitiorū triennio sub Hasdrubale Imperatore militauit: nulla re
que agenda audendaq. magno futuro duci pretermissa. Cęteq ex
quo die dux est declaratus: uelut Italia ei prouincia decreta bel
lumq. romanū mandatū cēt: nihil prolatandū ratus: ne se quoq
ut prēm Hamilcarem: deinde Hasdrubalē contante casus aliquis
opprimeret. Saguntinis inferre bellū statuit: quib expugnandis
quia haud dubie Romana arma mouebantur: In Olchadum
fines: prius ultra hiberum. Ea gens in parte magis q̄ in ditione Car
thaginensium erat: induxit exercitum: ut non petiisse Saguntī
nos: sed rez serie finitimis domitis gentib: iungendoq. tractus ad
id bellum uideri posset. Carthaiam urbem opulentam caput eius
gentis expugnat: diripitq.. quo metu pculse munores ciuitates sti
pendio imposito imperium acceperunt. uictor exercitus opulen
tusq. preda Carthaginem nouam in hiberna est deductus. Ibi lar
ge partiendo predam: preterita cū fide exoluendo cunctis ciuiū
suorū sociorūq. animis in se firmatis: Vere primo in Vacceos motū
bellum. Hermandica & Arbacala Carthoū urbes ui captę. Arbaca
la & uirtute & multitudine oppidanorū diu defensa. Ab Hermā
dica profugi exulibus Olchadum priore ęstate domitę gentis cum
se iunxissent: concitant Carpentanos: adortiq. Annibalem egressum
ex Vaccęis procul Tago flumine agmen graue preda turbauere.
Annibal prelio abstinuit: castrisq. super ripam positis cū prima
quies silentiumq. ab hostibus fuit: agmen uado traiecit: ualloq. ita
producto: ut locūm ad transgrediendum hostes haberent: Inuadere
eos transeuntes statuit: equitib precepit ut cū ingressos aquam ui

esset

Olchades ppli hyspanie

Carthaia urbs olchadum

Carthago noua in hyspania

Vaccei populi

Hermandica
Arbacala } urbes.

Carpentanj ppli

Tagus fl.

Bellum hannibalis cum carpentanis olchadibus q̄ & uaccris : quos oēs sbegit

derent adorirentur Peditum agmen. In ripa elephantes xl. disponit Carpentanoꝝ cum appendicibus Olchadum Vacceoꝝq. Centumilia fuere. Inuicta acies si equo dimicaretur campo. Itaq. & ingenio feroces & multitudine freti & qđ metu cessisse credebant hostem. id morari uictoriam rati qđ interesset amnis. Clamore sublato passim sine ullius impio qua cuiq. proximū erat in amnem ruunt Et ex parte altera ripe uis ingens equitum in flumine omissa. medioq. alueo haud quaq̄ pari certamine concursum. Quippe ubi pedes instabilis ac uix uado fidens uel inermi equite equo temere acto peruerti posset. Eques corpore armisq. liber equo uel per medios gurgites stabili cominus eminusq. rem gereret. Pars magna flumine absumpta ; quida uerticoso amni delati in hostes ab elephantis obtriti sunt. Postremi quibus ingressus in suam ripam tutior fuit ex uaria trepidatiōe cū in unum colligerentur prius q̄ tanto pauore recuperent ānos Annibal agmine quadrato amnem ingressus fugam ex ripa fecit. Vastatisq. agris intra paucos dies Carpentanos quoq. in deditiōem accepit Et iam oīa trans hiberum preter Saguntinos Carthaginensium erant. Cū Saguntinis bellum nōdum erat. Ceteꝝ belli causa certamina cū finitimis serebantur. maxīe Turdetanis quibus cū adesset idem qui litis erat sator nec certamen iuris sed uim queri appareret : legati a Saguntinis Romam missi auxilium ad bellum iam haud dubie imminens orantes. Consules tūc Rome erant P. Cornelius Scipio & T. Sempronius Longus. qui cū legatis in Senatum introductis de rep. retulissent : placuisseq. mitti legatos in hispaniam ad res sociaꝝ inspiciendas. quibus si uiderentur digna cā & Annibali denuntiarent ut a Saguntinis socius p. r. abstineret & Carthaginem ī Africam traiicerent ac sociaꝝ p. r. querimonias deferrent Hac legatiōe decreta nec dū missa oīum spe celerius Saguntum oppugnari allatū est : tūc delata ex integro res ad Senatum & alii ad prouincias Cons. Hispaniā atq. Africam decernentes : terra mariq. rem gerendā censebant Alii totum ī hispaniam Annibalemq. intendebant bellum. Erant qui nō temere mouendā rem tantam expectandosq. ex hispania legatos censerent. Hec sententia que tutissima uidebatur uicit. Legatiq. eo maturius missi. P. Valerius Flaccus & Q. Fabius Pamphilus Saguntū ad Annibalem atq. inde Carthaginem si nō absisteretur bello. ad ducem ipm in poenam foederis rupti deposcendum. Dum ea Romani parant cōsultantq. iam Sa-

Legatio saguntinoꝝ ad romanos

P. cornelius scipio
T. sempronius longus } cos.

Oppugnatio Sagunti

P. ualerius flaccus
Q. fabius pamphilus } legati ad hannibalē & carthaginenses

quantum firma ui oppugnabatur Ciuitas ea longe opulentissima ultra Hiberum fuit sita passus mille ferme a mari. oriundi a Zacyntho insula dicuntur. Mixtiq. etiam ab Ardea Rutulorq quidam gnīs. Ceterum in tantas belli breui creuerant opes seu maritimis seu terrestribꝫ fructibus seu multitudinis incremento seu sanctitate disciplinę qua fidem socialem usq. ad pnicem coluerunt. Annibal infesto exercitu ings̄ sus fines peruastatis passim agris urbem tripartito aggreditur. Ag̃ulus muri erat in planiorem patentioremq. q̃ cętera circa uallem uergens. adū sus eum uineas agere instituit per quas aries membus admoueri posset. Sed ut locus procul muros satis equus agendis uineis fuit. ita haud qua q̃ prospere postq̃ ad effectum uentum est operis. ceptis succedebat. a turris ingens īminebat & murus. ut in suspecto loco supra cetery modū altitudinis munitus erat. Et uuentus delecta ubi plurimū periculi ac laboris ostendebatur: ibi ui maiore obsistebant. ac primo missilibus submouere hostem. nec quicq̃ satis tutum munientibꝫ pati. Deinde iam nō pro menibus modo atq. turri tela micare. sed ad erumpendū etiam ī stationes opaq. hostium aūus erat. Quibꝫ tumultuariis certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant. q̃ sem. Vt uero Annibal ipe dum murum incautus subit. ad ūsum femur tragula grauiter ictus cecidit: tanta circa fuga atq. trepidatio fuit. ut nō multum abesset quin opa ac uineę desererentur. obsidio deinde per paucos dies magis q̃ oppugnatio fuit. dum uulnus ducis curaretur. per qđ tp̄us ut quies certaminū erat. ita ab apparatu operum ac munitionum nihil cessatum. Itaq. a cruce deintegro obortum est bellum. pluribusq. partibus uix accipientibꝫ quibusdam opa locis. uineę ceptę agi. admoueriq. aries. Abundabat multitudine hoium senus. ad. c. enim quinquaginta milia habuisse ī armis creditur. Oppidani ad omia tuenda obeundaq. multimoda arte detineri cepti sunt. & nō sufficiebant. Iam enim feriebantur arietibus muri. quassatę q̊. multę partes erant. Vna continentibus ruinis nudauerat urbem. Tres deincepſ turres quantūq. inter eas muri erat cum fragore ingenti procidērat. captūq. oppidum ea ruina crediderant Saguntini. Qua uelut si pariter utrosq. murus texisset. ita utrinq. in pugnam procursum est. Nihil tumultuarię pugnę simile erat. quales in oppugnationibꝫ urbium per occasionem partis alterius conseri solent. Sed iunctę acies uelut patenti campo inter ruinas muri tectaq. urbis modico distantia interuallo constiterant. Hinc spes. hinc desperatio aīos ir

Saguntus
Zacinthos insula

Hamibal in obsidione saguntj
uulneratur

. cL. militū milia hamibal
habet in saguntj oppugnatione

Falarica

ORO hamonis in senatu contra hamibalē p romanis

ritat. Poeno cepisse iam se urbem si paululum a dnitatur credente. Sagun
tinis pro nudata menib⁹ patria corpora opponentib⁹: nec ullo pedem
referente ne relicto a se loco hostem imitteret. Itaq; quo acrius & cō
sertim magis utrinq; pugnabatur eo plures uulnerabantur. Nulloq;
inter arma corporaq; uano intercidente telo. Falarica erat Sagun
tinis missile telum hastili ab ligneo & cetero tereti preterq; ad ex̄
mū unde ferrū extabat. Id sicut in pilo quadratum stuppa circun
ligabant. liniebantq; pice. Ferrū aūt tres in longū habebat pedes ut
cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxīe ēt si hesisset in
scuto: nec penetrasset ī corpus/pauorem faciebat. qđ cū mediū accē
sum mitteretur: conceptumq; ipso motu multo maiorē ignē ferret
arma omitti cogebat. nudūq; militem ad insequentes ictus prebebat.
Cū ergo diu anceps fuisset certamen: & Saguntinis/qa preter spem
resisterent. creuissent animi: Poenus qa nō uicisset pro uicto cēt cla
morē repente oppidani tollunt: hostemq; in ruinas muri expellūt
Inde ī pedituī trepidanteq; exturbant. Postremo fusum fugatumq;
ī castra redigunt. Interim á Roma legatos uenisse nūtiatum est q
bus obuiam ād mare missi ab Annibale qui dicerent. nec tuto eos adi
turos inter tot tam effrenatarū gentium arma. nec Annibali in tan
to discrimine rei ope esse legatiōes audire. Apparebat nō admissos
protinus Carthaginē ituros. Trās igitur nūtios q; ad principes factī
onis Barchinę premittit ut preparent suoq; aīos nequid parsalte
ra gratificari pro Romanis posset. Itaq; preterq; qđ admissi audi
tq; nō sunt: ea quoq; uana atq; irrita legatio fuit. Hanno unus ad
ūso senatu cām federis rupti magno silentio propter auctoritatē su
am cū assensu audientiū egit. /Per deos federum arbitros ac testes
monuisse predixisse/ne hamilcaris progenię ad exercitum mitte
rent. nō manes. nō stirpē euis cōquiescere uri: nec unq; donec sangui
nis nōisq; Barchini quisq; supsit quietura Romana foedera. Iuuenē
flagrantem cupidine regni: uiāq; unam ad id cernentē si ex bellis bel
la serendo succinctus armis legionib⁹q; uiuat: uelut materiā igni
prebentes ad exercitus misistis. Aluistis ergo hoc īcendiū quo nē ar
detis. Saguntū uestri circūsedent exercitus: unde arcentur federe.
mox Carthaginē circūsedebūt Romanę legiones ducib⁹ diuisis dē
per quos priore bello rupta federa sunt ulti. Vtrum hostem an uos
an fortunam utriusq; populi ignoratis? Legatos a socius & pro socis

uenientes bonus impator ur in castra nō admisit. Ius gentiū sustulit.
Hi tñ unde ne hostium quidem legati arcentur pulsi ad uos uenīt.
res ex federe repetuntur. publica fraus absit auctorem culpe & re
um criminis deposcunt. quo lenius agunt. segnius incipiunt. Eo cū
ceperunt: uereor ne pseuerantius seuiant. Egades insulas Trycēq. an
oculos proponite que terra mariq. per quatuor & xx. annos pas
si situs. nec puer hic duxerat. sed pater ipe Hamilcar Marsalter ut
ista uolunt. Sed Tarento tū in Italia nō abstinueramus ex federe. sic
nec Sagunto nō abstinemus. Vicerunt ergo dii hoiesq. & id de quo
uerbis ambigebatur uter populus fedus rupisset. euentus belli uelut
equus iudex. unde ius stabat ei uictoriā dedit. Carthagini nec An
nibal uineas turresq. admouit. Carthaginis menia quatit ariete.
Sagunti ruinę. falsus utinā uates sim. nostris capitibus incident. Su
sceptūq. cū Saguntinis bellum habendū cū Romanis est. Dedemus
ergo Annibalem dicet aliquis. scio meā leuē esse in eo auctoritatē
propter prīnas inimicitias. Sed & Hamilcarē eo periisse letatus sū:
qd si illę uiueret. bellū iam cū Romanis haberemus & hūc iuuenē
tanq furiam faceq. belli huius odi ac detestor. nec dedendū solum
id piaculū rupti federis. sed si nemo deposcat deuehendū ī ultimas
maris terrasq. oras: ablegandúq. eò. unde nec ad nos nomē fama
q. eius accedere. neq. solicitare quętę ciuitatis statū possit. Ego aūt
ita censeo legatos extemplo Romā mittendos: qui Senatui satis
faciant. alios qui Annibali nuntient ut exercitū a Sagunto abdu
cat. ipmq. Annibalē ex federe Romanis dedant. Tertiam legatiōem
ad res Saguntinas reddendas decerno. Cū Hanno perorasset nemi
ni oium certare oratione cū eo necesse fuit adeo prope omīs Senat
Annibalis erat. infestusq. locutū arguebant Hannonem: q̄ Flaccū
Valerium legatū Romanū. Responsum īde Romanis legatis est.
Bellum ortum a Saguntinis nō ab Annibale esse. Populum. r. in
iuste facere si Saguntinos uetustissimę Carthaginensiū societati pre
ponat. Dum Romani tpus terunt legationibꝫ mittendis Annibal
quia fessum militem prelio opibusq. habebat. paucorꝫ iis diebꝫ qetē
dedit. Stationibꝫ ad custodiam uineaꝝ aliorꝫq. operꝫ dispositis. In
terim aios eorꝫ nec ira i hostes stimulando. nec spe premiorꝫ accendit.
Vt uō pro contione predam captę urbis edixit militū fore: adeo ac
censi oms sunt ut si extemplo signum datū esset. nulla ui resisti

Responsum carthaginensium ad romanos legatos

uideretur posse. Saguntini ut a preliis quietem habuerãt nec lacessentes
nec lacessiti per aliquot dies ita nõ nocte nõ die unq̃ cessauerant ab o
pere ut nouum murum ab ea parte qua patefctũm oppidũ ruinis erat
reficerent. Inde oppugnatio eos aliquanto atrocior q̃ ante adorta ẽ
nec qua primum aũt potissimũ parte ferrent opem: cũ omia uariis
clamoribꝫ streperent satis scire poterant Spẽ Annibal qua turris mo
bilis omia munimta urbis superans altitudine agebatur: hortator
aderat. quę cũ admota catapultis balistisq. per omia tabulata di
spositis muros custodibus nudasset. Tum Annibal occasiõem ratus
quingentos ferme Afros cũ dolabris ad subruendũ ab imo murũ
mittit. Nec erat difficile opus qđ cementa nõ calce durata erant sed
interlita luto structurę antiquę gnẽ. Itaq. ante q̃ cederetur ruebat
perq. patentia ruinis agmina armatorꝫ in urbem uadebant. Locum
quoq. editum capiunt. Collatisq. eo catapultis balistisq. ut castellũ
in ipa urbe uelut arcem iminentem haberent. muro circũdant. Et Sa
guntini murum interiorẽ a nõ dũ capta urbis parte ducunt. Vtriq.
suma ui & munimine muniunt & pugnant. Sed interiora tuendo
minorẽ i diem urbem Sagũtini facuunt. Simul crescit inopia oĩum
longa obsidione & minuitur expectatio externę opis. Cũ tam pro
cul Romani unica spes circa omia hostium essent. paulisp tñ affe
ctos aios recreauit repentina profectio Annibalis in Oretanos Car
pentanosq. qui duo populi delectus acerbitate cõsternati retentis
conquisitoribꝫ metũ defectionis cũ prebuissent oppressi celeritate
Annibalis omiserũt mota arma. Nec Sagunti oppugnatio segniõ
erat. Maharbale Humilconis filio quẽ pfecerat Annibal ita impigre
rem agente ut ducem abesse nec ciues nec hostes sentirent. Is & pre
lia aliquot secũda fecit & tribꝫ arietibꝫ aliquantulũ muri discus
sit. Strataq. omia recentibꝫ ruinis aduenienti Annibali ostendit Ita
q. ad ipam arcem extemplo ductus exercitus atroxq. prelium cũ
multorꝫ utrinq. cede initum & pars arcis capta est. Tentata deiñ
per duos exigua pacis spes Alconem Saguntũ & Alorcũ Hispaniã
Alcon incõscius Saguntinis precibꝫ aliqd moturũ ratus cũ ad Anni
balem noctu transisset. Postq̃ nihil lachrime mouebant cõditionesq.
tristes ut ab irato uictore ferebantur transfuga ab oratore factus a
pud hostem mansit morituru affirmans qũi sub cõditionibꝫ his
de pace ageret. Postulabatur aũt redderent res Turdetanis tradito

Dolabra

Maharbal

Alcon
Alorcus

·f·

q omī auro atq; argento egressi urbe cū singulis uestimtis ibi ha
bitarent ubi Pœnus uulsisset Has pacis leges abnuente Alcone acce
pturos Saguntinos Alorcus unci aios ubi alia uincantur affirmans
se pacis eius interpretem fore pollicetur Erat aūt tū miles Annibalis ce
teq; publice Saguntinis amicus atq; hospes Tradito palam telo custo
dibus hostium transgressus munimenta ad Pretorem Saguntinum :
& ipe ita uidebat: est deductus Quo cū extemplo cōcursus hoīum
omīs qnīs esset factus submota cetera multitudine Senatus a Lorco
datus est Cuius talis oratio fuit Si cuius ūr Alcon sicuti ad pacem
petendam ad Annibalē uenit ita pacis conditiones ab Annibale ad
uos retulisset supuacaneū hoc mihi fuisset iter quo nec orator Anni
balis nec transfuga ad uos ueniissem cū uero ille aut ūra aut sua cul
pa manserit apud hostem: si metū simulauit sua: uestra si periculū
est ad uos uerum referentib. ego ne ignoraretis esse aliquas & salu
tis & pacis cōditiōes uobis pro uetusto hospitio quod mihi uobiscum est
ad uos ueni. Vestra aūt causa me nec ullius alterius loq quę loquor ap
uos uel ea fides sit quod neq. dū uestris uiribus restituistis neq. dū auxi
lia a Romanis sperastis pacis unq̄ apud uos mentiōem feci .Postq̄ nec a
Romanis uobis ulla spes est nec ūra iam aut arma uos aut menia satis
defendunt pacem affero ad uos magis necessariam q̄ equam cuius ita
aliqua spes est si eam quēadmodū uictor fert Annibal sic uos ut uicti
audiatis Si nō id quod amittitur i damno cū omia uictoris sint Sed
quicqd relinquitur pro munere habituri estis Vrbem uobis quam ex
magna iam parte dirutam captam fere totam habet adimit agros re
linquit locū assignaturus in quo nouū oppidum edificetis Aurum ar
gentūq. omē publicū & priuatū ad se uibet deferri coniugū uestraq.
corpora ac liberoq; uiroq; seruat inuiolata si inermes cū binis uestim
tis a Sagunto uelitis exire Hec uictor hostis impat Hec q̄ q̄ sint grauia
atq. acerba fortuna uestra uobis suadet equidem haud despero cum
omium potestas ei a uobis facta sit aliquid ex his rebus remissurum.
Sed hec patienda censeo potius q̄ trucidari corpora uestra rapi trahiq. an
ora uestra cōiuges ac liberos belli iure sinatis Ad hec audienda cū cir
cū fusa paulatim multitudine pmixtū Senatu esset ppli conciliū repē
te primores secessiōe fēa prius q̄ responsum daretur argentū aurūq. omē
ex publico priuatoq. i forū collatū in ignē ad id raptum factum coniu
cientes eodemq. pleriq. semet ipos precipitauerūt Cū ex eo pauor ac

ORO alorci de conditionib; pacis ad saguntinos

5

trepidatio totam urbem puasisset Aliuſ inſuper tumultus ex arce audiť
Turriſ diu quaſſata procideratperq, ruinam euſ cohorſ Poenoꝝ impe
tu facto cum ſignum Imperator dediſſet nudatā ſtationib⁹ cuſtodiſ
q, ſolutiſ: hoſtium eſſe urbem: nō contandū In talī occaſiōe ratuſ Han
nibal totiſ uirib⁹ aggreſſus urbē mom̄to cepit ſigno dato ut omneſ
puberes interficerentur qđ impium crudele ceteꝝ prope neceſſari
um cognitū ī ip̄o euentu eſt. Cui ēim parci potuit ex iis qui aut īcluſi
cū cōiūgib⁹ ac liberiſ domoſ ſupſe ip̄oſ concremauerūt: aut armati
nullū ante finē pugnę q̄ morientes fecerunt. Captū oppidū cū in
genti preda q̄q̄ pleraq, a dominiſ deinduſtria corrupta erant & ī
cedibuſ uix ullum diſcrimen etatiſ ira fecerat & captiui militū p̄da
fuerant tamen ex p̄uo reꝝ uenditaꝝ aliq̄tum pecunię redactū ēe
cōſtat & multā pretioſā ſuppellectilē ueſtemq, miſſam Carthaginē
octauo menſe q̄ ceptū oppugnari captū Saguntū quidā ſcripſere. Inde
Carthaginē nouam ī hibernia Annibalē conceſſiſſe. Quinto deinde
menſe q̄ a Carthagine profcūſſit ī Italiā p̄ueniſſe. quę ſi ita ſunt
fieri nō potuit ut P. Corneliuſ T. Sempronius Conſ. fuerint ad quoſ ī
principio oppugnationiſ legati Saguntini miſſi ſunt & q ī ſuo ma
gīatu cū Annibale alter ad Ticinū amnē ambo aliq̄to poſt ad Trebiā
pugnauerint aut omia breuiora aliquāto fuere aut Saguntū pri
cipio anni quo P. Corneliuſ T. Sempronius Conſ. fuerūt nō ceptum
oppugnari ſed captū eſt nā exceſſiſſe pugna ad Trebiā T. Sempro
nius ī annū M. Seruilii & C. Flaminii nō poteſt qa Flaminius Arimi
ni Conſulatū iniit creatuſ T. Semprōio Conſ. qui poſt pugnā ad Trebi
am ad creandoſ Conſ. Romā cū ueniſſet comitiiſ p̄fās ad exercitū
in hiberna rediit. Sub idē fere tp̄ūſ & legati q redierāt a Carthagine
Romā retulerūt oīa hoſtilia eſſe & Sagunti excidiū nūtiatū eſt. tan
tuſq, meror mīāq, peremptoꝝ ſocioꝝ indigne & pudor nō lati auxi
lii & ira ī Carthaginenſē metuſq, de ſūma reꝝ cepit uelut ſi iam ad
portaſ hoſtiſ eſſet ut tot uno tp̄re motib⁹ animi turbati trepidarent
magiſq̄ conſulerent. Nāq, neq, hoſtem acriorē bellicoſioremq, ſecū cō
greſſum nec rem Romanā tam deſidem unq̄ fuiſſe atq, imbellem. Sar
doſ Corſoſq, & Hiſtroſ atq, Illyricoſ laceſſiſſe magiſq̄ exercuiſſe Roma
na arma & cū Galliſ tumultuatū magiſq̄ belligeratū. Poenū hoſtem ue
teranum truum & xx annoꝝ militia duriſſima inter Hiſpanaſ genteſ
ſemper uictorē primū Hamilcare deinde Haſdrubale nūc Annibale

Saguntum capitur

·P·cornelius
·T· sempnius } cos

·Al·seruilius
·C·flaminius } cos

duce acerrimo assuetum recentem opulentissimę urbis Hiberum tran
sire: trahere secum tot excitos Hispanor4 populos: conciturum aui
das semp armor4 Gallicas gentes. cū orbe terrar4 bellum gerendū
i Italia ac pro menibs Romanis esse. Nominate iam antea cons.
prouincię erant. Tum sorti iussi. Cornelio Hispania: Sempronio
Africa cū Sicilia euenit. Sex ī eum annū decretę legiōes & socior4
q̄tum ipis uideretur & classis quanta parari posset quatuor &
xx. peditū Romanor4 milia sunt scripta & viii equites naues
cc. xx. quinqueremes: celoces xx. deducte latum inde ad popu
lum uellent iuberent populo Carthaginensi bellū indici eiusq.
belli causa supplicatio per urbem habita atq. adorati dii ut bene
ac feliciter eueniret. qd̄ bellū p.r. iussisset. inter cons. ita copię
diuise. Sempronio datę legiōes duę. ea quaterna milia erant pe
ditum & ccc. equites & socior4 x̄vi. peditum eq̄tes mille octin
genti. naues longę clx. celoces duodecim. cū his terrestribs mari
timisq. copiis T. Sempronius missus i Sicilia ita i Africā trās missur
si ad arcendū Italia Poenum consul alter satis esset. Cornelio min
copiar4 datū quia L. Manlius Pretor & ipe cū haud ualido pre
sidio mittebatur. nauiū maxīe Cornelio nūs diminutus Lxv. qn
quereines datę. neq. enim mari uenturū aut ea parte belli dimi
caturū hostē putabant & duę Romane legiones cū suo iusto eq
tatu & quatūordecim milibs socior4 peditum mille equites socios
equitibs Sexcentis duas legiōes Romanas & quadringentos quin
quaginta socior4 peditū mille equites socios de Romanos. Gallia
prouincia eodem ūsa in punicū bellum habuit. His ita comparatis
ut omia iusta ante bellū fierent legatos maiores natu. Q. fabium
M. Liuium. L. Emilium. C. Licinium. Q. Bebium ī Africam mittunt
ad percontandos Carthaginenses publico ne consilio Annibal Sagū
tum oppugnasset. & si id quod facturi uidebantur faterentur ac de
fenderent publico consilio factum: ut indicerent populo Carthaginē
si bellum. Romani post Carthaginem uenerunt/cū Senatus datus eet:
& Q. fabius nihil ultra q̄ unū qd̄ mandatū erat pcontatus esset: Tū
ex Carthaginensibs unus. preceps uestra Romani inquit & prior le
gatio fuit cū Annibalem tanq̄ suo consilio Saguntum oppugnantē
deposcebatis. Ceter4 hec legatio uerbis adhuc lenior re asperior. tūc e
nim Annibal & insimulabatur & deposcebatur. nec a nobis & cōfessio

∴ ab excidio

∴ Socior̄ Lxx. milia peditū:
& quadringenti equites

Legio quattuor miliū peditū
& ccc equitum

· Q · fabius
· M · liuius
· L · emilius
· C · licinius
· Q · bobius

Legati ad car
thaginenses

culpe exprimitur & ut a confessis rei extemplo repetuntur ego aũt nõ
publico priuatoue consilio Saguntũ oppidũ oppugnatũ sit que
rendũ censeam Sed utrũ iure an iniuria nrã cũm hec questio atq; aiad
uersio in cuẽ nrũm est nrõ an suo fecerit arbitrio. uobiscũ una disce
ptatio est licuerit ne pfedus fieri. Itaq; quoniã discerni placet quid
publico consilio quid sua sponte impatores faciant. nobis uobiscum
fedus est a Luctatio Cons: ictum: in quo cauetur utroq; socius nihil
de Saguntinis nec dũ erant socii uestri cautũ est. At cũm federe qd cũ
Hasdrubale ictum est Saguntini excipiuntur. adũsus qd nihil ego
dicturus sum nisi qd a uobis didici. uos enim c̃ Luctatius consul pri
mo nobiscum fedus icit quia neq; auctoritate prũm nec p.r: iussu i
ctũ erat nõ ten negastis uos eo teneri. Itaq; aliud deintegro fedus pu
blico cõsilio ictum est si uos nõ tenent urã federa nisi ex auctoritate
aut iussu uestro icta nec nos quidem Asdrubalis fedus quod nobis
scius icit obligare potuit. Proinde omittite Sagunti atq; hiberi men
tionem facere & quod diu parturit aũs uester aliqñ pariat. Tũ R o
manus sinu ex toga fcõ. hic inquit uobis bellum & pacem portamus.
Vtrum placet sumite. Sub hanc uocem haud minus ferociter daret
utrum uellet succlamatũ est. Et cũ is sinu utrq; effuso bellũ dare di
xisset: accipe se oms responderũt & quib; acciperent ais hisdem se ge
sturos. hec directa percontatio ac denũtiatio belli magis ex dignita
te p.r. uisa est: q̃ de fedeq; iure uerbis disceptare. cũ ante tũ maxie
Sagunto excisa. Nam si ũbiq; disceptationis res eẽt: qd fedus Hasdru
balis cũ Luctatii priore federe pmutatũ est comparandũ nõ erat. cũ
in Luctatii federe diserte additũ eẽt ita id ratũ fore si populus censuis
set: in Hasdrubalis federe: nec exceptũ tale quicq̃ fuerit: & tot annoq;
silentio: ita uiuo eo comprobatũ sit fedus: ut ne mortuo quidem au
ctore quicq̃ mutaretur. Quãq̃ & si priore federe staretur satis cautũ
erat Saguntinis socius utroq; exceptis. Nam neq; additũ erat his q
tũc essent nec ne qui postea assumerentur & cũ assumere nouos licẽt
socios quis equũ censeret aut ob nulla quẽq̃ merita i amicitiã recipi aut
receptos in fidem nõ defendi: tñ ne carthaginensiũ socii aut sollicita
rentur ad defectiõem. aut sua sponte descisces recuperentur. Lega
ti Romani a Carthagine sicut iis Rome imperatũ erat i hispaniam
ut adirent ciuitates ut i societatẽ pellicerent. aut aũterent a Peni
traiecerunt. ad Barguſios primum peruenere a quib; benigne exce

Parturio q cu
Pario ora

Barguſij ppli in hispania

pti quia reddebat impu punici multos transhiberum populos ad cupi
dinem noue fortune erexerunt: ad Voltianos inde est uentū quod
celebre per hispaniam responsum ceteros populos a societate Roma
na auerut Ita enim maximus natu ex iis in cōsilio respondit ¶Que
uerecūdia est uos Romani postulare ut uestrā Carthaginensiū pre
ponamus amicitie: cū qui id fecerint Saguntinos crudelius q̄ poenus
hostis perdidit: uos socii prodideritis: ibi queratis socios censeo ubi Sa
guntina clades ignota est. hispanis populis sicut lugubre ita insi
gne documentū Sagunti ruine erunt: nequis fidei Romane aut
societati cōfidat. inde extemplo abire finibus Volcianorum iussi: a nul
lo deinde concilio hispanie benigniora uerba tulere. Itaq; pagrata
Hispania Galliam transeunt: in his noua terribilisq; species uisa est: q̄d
armati (ita mos gentis erat) in conciliū uenerunt cū uerbis extollen
tes uirtutē gloriamq; p r. ac magnitudinē imperii: petissent ne pe
no bellum Italie inferenti per agros urbesq; suas transitū darent Tan
tus cum fremitu risus dicitur ortus ut uix a magistratibus maioribusq;
natu iuuentus sedaretur: adeo stolida impudensq; postulatio uisa est.
Censere ne in Italiam transmittat Galli bellum ipos id aūtere ise agr
osq; suos pro alienis populandos obiicere. Sedato tandē fremitu respō
sum legatis est: neq; Romanorum ese meritū ee neq; Carthaginensiū
iniuriam: ob quę aut pro Romanis aut adūsus Penos sumant arma.
Contra audire sese gentis suę hoies agris finibusq; Italie belli a p r.
stipendiumq; facere & cetera indigna pati. Eadem ferme in ceteris
Gallię conciliis dicta auditaq; nec hospitale quicq̄ pacatum ue sa
tis prius auditū q̄ Massiliam uenerunt: ibi omia a socis inqsita cū
cura ac fide cognita: poccupatos iā ab Annibale Gallorum animos
esse sed ne illi quidem ipi satis mitē gentē fore: adeo ferocia atq; in
domita ingenia ee: ni subinde auro cuius auidissima gens est prin
cipum animi concilientur. Ita peragratis hispanie & Gallie populis
legati Romam redeunt: haud ita multo post q̄ Cons in prouincias
profecti erant: ciuitatē omem in expectatiōem belli erectam inuenerūt
satis constante fama iam hiberū Poenos transisse. Annibal Sagunto
capto Carthaginē nouam i hiberna concesserat: ibiq; auditis quę Ro
me queq; Carthagine acta decretaq; forent: se nō ducem solum sed
cām esse belli partitis diuisisq; reliquis prede nihil differendum
ratus. Hispani gnīs milites conuocat. ¶Credo ego uos inquit socii

Voltia^{ni} ppti in hyspania

Responsum voltianorum ad
legatos romanos

∴ nequicquam

ORO Hannibalis ad
exercitum de trajiciendo in
italiam.

& ipōſ cernere pacatiſ omib⁹ hiſpanię populiſ aut finiendā uobiſmi
litiam ex̄cituſq. dimittendoſ eſſe aut ī aliaſ terraſ tranſferendū bel
lum. ita eim hę gentes nō pacis ſolum ſed etiā uictorię bonis flore
bunt ſi ex aliis gentib⁹ predam & gloriā queremuſ. itaq. cū lon
ginqua a domo inſtet militia incertūq. ſit quando domoſ urāſ
& quecūq. ibi ſunt cara uiſuri ſitiſ ſi quiſ ueſtrū ſuoſ uiſere uult.
cōmeatū do primo uere edico aſſitiſ ut diis bene iuuantib⁹ bellū
ingentiſ glorię predeq. futurū incipiamuſ. Omnib⁹ fere uiſendi do
moſ oblata ultro poteſtaſ grata erat & iam deſyderātib⁹ ſuoſ &
longiuſ in futurū prouidentib⁹ deſiderū ptotū tpūſ hyemiſ quieſ
inter laboreſ aut iam exhauſtoſ aut mox exhauriendoſ renouauit
corpora aīoſq. ad omīa de integro patienda. uere primo ad edictū
conuenere. Annibal cū recenſuiſſet omīa auxilia oūm gentiū. Ga
diſ profcūſ Herculi uota exſoluit nouiſq. ſe obligat uotiſ ſi cętera
proſpera euenīſſent. inde partienſ curaſ ſimul inferendi atq. arcendi
belli nedū ipe terreſtri p Hiſpaniā Galliaſq. itinere Italiā peteret. nu
da aptaq. Romaniſ Africa ab Sicilia eſſet. ualido p̄ſidio eā firma
re ſtatuit. pro eo ſupplem̄tum ipe ex Africa maxīe iaculatorū leui
ū armiſ petit ut Afri i Hiſpania. Hiſpani i Africa melior procul a
domo futuruſ uterq. miles uelut mutuiſ pignoribus obligati ſtipen
dia facerent. Tredecim milia octingentoſ quinquaginta pediteſ ce
tratoſ miſit i Africam & funditoreſ baleareſ octingentoſ Lxx. eq
teſ mixtoſ ex multis gentib⁹ mille. & haſ copiaſ partim Carthagini
p̄ſidio eſſe. partim diſtribui p Africā iubet. Simul cōquiſitoribus in
ciuitateſ miſſiſ quatuor milia deſcripta delectę iuuentutiſ p̄ſidiū
eoſdem & obſideſ carthaginē duci iubet. neq. Hiſpaniā negligen
dam ratuſ atq. ideo haud minuſ qđ haud ignaruſ erat circuitā a
Romaniſ eā legatiſ ad ſollicitādoſ principū aīoſ Haſdrubalis frī ui
ro impigro eā prouinciā deſtinat. firmatq. cū Africiſ maxīe p̄ſidiiſ pe
ditum Afrorū xi milib⁹ octingentiſ quinquaginta Liguribus ccc bale
aribus ad hec peditū auxilia additi equiteſ Libyi Phenices mixtū
Punicū Afriſ genuſ. ccc & Numidę Mauriq. accolę Oceani ad mil
le octingentoſ & parua Vergetū manuſ ex Hiſpania cc eqteſ & ne
quod terreſtriſ deeſſet auxilii genuſ elephanti xiiii claſſiſ preterea
parata ad tuendā maritimā oram quia qua ptę belli uicerant ea tū
quoq. rem geſturoſ Romanoſ credi poterat quinquaginta quinque

remes: quadriremes duę: triremes quinq; a Gadibꝫ Carthaginē ad hiber
na exercitus redit atq; inde profect̄ preter omissā urbē ad hiberum
maritimā oram ducat. Ibi fama est inquiete uisū ab eo iuuenē diui
na specie qui se a Ioue dicerit ducē i Italiā Annibali missū: pronde
sequeretur neq; usq̄ a se deflecteret oculos pauidū primo nusq̄ cir
cūspicientē aut respicientē se secutū. deinde cura humani ingenii cū
quid nā id esset qd respicere uetitus esset agitaret aīo temperare ocu
lis nequiuisse. Tū uidisse post se serpentē mira magnitudine cū ingē
ti arborū ac uirgultorū strage ferri ac post inseq cū fragore cęli nim
bum. eūq; molem ea quid ue prodigii esset querentem audiuisse
uastitatē Italię esse. Hoc uisu letus tripartito Hiberū copias traiecit p
missis qui Gallorū aīos qua traducendus exercitus erat donis cōciliaret:
alpiumq. transitus specularentur. Lxxxx. peditū xii mil. eqtum hi
berū traduxit. Ilergetes inde Barguttosq. & Ausetanos & Aquitaneā
quę subiecta est Pyreneis montibꝫ subegit. oreq. huic omī p̄fecit Ha
nonem ut fauces quę hispanias Gallis iungunt in potestate essent. x
milia peditū Hannoni ad p̄sidiū obtinendę regionis data & mille
equites. postq̄ per Pyrenęum saltū traduci exercitus ceptus est rumorq.
per Barbaros manauit certior de bello Romano. tria milia inde Car
pentanorū peditū Hannoni uter auterunt. Constabat nō tam bello motos
q̄ longinquitate uię insuperabili Alpium transitu. Annibal quia reuo
care aut retinere eos ancepse rat ne cęterorū etiam ferocis animi irri
tarentur supra septem milia hoīum domos remisit. Quos & ipe gra
uari militia senserat. Carpentanos quoq. a se dimissos assimulans. un
ne mora atq. otium aios sollicitarent cū reliquis copiis Pyreneū trans
greditur & ad oppidum Illiberum castra locat. Galli q̄ Italię bellū
inferri audiebant tū quia ui subactos Transpyreneos Hispanos fama
erat presidiaq. ualida impōita metu seruitutis ad arma consternati.
Ruscinonem aliquot populi conueniunt quod ubi Annibali nuntia
tum est. moram magis q̄ bellū timens oratores ad Regulos eorū misit
colloq. semetipm uelle cum iis & uel illi propius Illiberi accederent uel
se Ruscinonem processurū ut ex propinquo congressus facilior esset
na & accepturū eos i castra sua se letum. nec contanter se ipm ad eos
uenturum: hospitem eim se Gallię nō hostem aduenisse. nec stricturū
ante gladium si per Gallos liceat q̄ in Italiā. interim nihil ultra q̄ hibe
rum transisse hanibale a Massiliensiū legatis Romam platum erat. cū
uenisset. Et per nuntios quidem hec. Vt uero reguli gallorum
castris ad Illiberum extemplo motis haud granate ad pœnum uene
runt: capti donis cum bona pace exercitum per fines suos Rusca
nonem oppidum transmiserunt in italiam.

∴ Sed apte instructę q̄ remigio
triginta & duę quinqueremes
erant: & triremes quinq

Ilergetes
Barguti
Ausetani
Aquitani
} ppli. hyspanie

Illiberum op.

Rustinon op. quod hodie ut credo
Rossilion dr

∴ preter

cū perinde ac si alpes iam transissent Boi sollicitatis Insubribus defecerunt:
neq; tam ob ueteres impu ias q̄ quod nup circa Padum Placentiamq; Cre
monamq; colonias in agrū Gallicum deductas egre patiebantur. Itaq;
armis repente arreptis in eū ipm agrum impetu facto tīn terroris ac
tumultus ~~fecit~~ fecerunt ut nō agrestis modo multitudo sed ipi Tri
umuiri Romani qui agrū ad assignādū uenerant diffisi Placentie
menibs Mutinam cōfugerint. C. Luctatius A. Seruilius M. Annius
Luctatii nomen haud dubiū est pro A. Seruilio & M. Annio Q. Ac
cilium & C. Herennium habent quidam annales Alii P. Cornelium
Asinam & C. Papyrium Nasonem Id quoq; dubium est. Legati ad
expostulandum missi ad Boios uiolati sint incertū an in Triumui
ros agrum metantes impetus sit factus. Mutinę cū obsiderentur &
gens ad oppugnandas urbium artes rudis: pigerrima eadem ad mi
litaria opa: segnis intactis assideret muris: simulari ceptum de pace
agi. euocatiq; ab Gallos principibus legati ad colloquium nō con
tra ius modo gentium. sed uiolata etiam quę data in id tempus fide
erat comprehenduntur/negantibs Gallis nisi obsides sibi redderen
tur: eos se dimissuros. Cū hęc de legatis nuntiata essent; & Mutina/
presidiumq; in periculo ēe. L. Manlius imperator ira accensus effu
sum agmen ad Mutinam ducit. Syluę tūc circa uiam erant pleris
q; incultis. Ibi inexplorato profectus in insidias precipitatus mul
ta cū cede suoꝝ egre i aptos campos emersit. Ibi castra cōmunita:
& quia Gallis ad tentanda ea defuit spes refecti sunt militū ani
mi q̄q̄ ceciderisse satis constabat. Iter deinde deintegro ceptum nec
dum p impatentia loca ducebatur agmen: cū apparuit hostis ubi
rursus syluę intrate: tū postremos adorti cū magna trepidatione
ac pauore oīum octingentos milites occiderūt. Sex signa ademere.
finis & Gallis territādi & pauendi Romanis fuit ut ex saltu inuio
atq; impedito euasere. Inde aptis locis facile tutātes agmen Roma
ni Cannetū uicū propinquū Pado contendere. Ibi se muniūto ad
tpus: cōmeatibq; fluminis & Brixianoꝝ Gallos auxilio adūsus
crescentem i dies multitudinem hostium tutabantur. Qui tumult?
repens postq̄ est Romam platus: & Punicū insup Gallico bello auctū
pres percepe. C. Atilium Pretorem cū una legione Romana & quīq;
milibs socioꝝ delectu nouo a Cons: conscriptis: auxiliū ferre Mā
lio iubent. Qui sine ullo certamine abscesserant eīm hostes: puenit.

-C· luctatius
-A· seruilius
-M·annius
-Q·acilius
-C·hostmius
-P·cor·asina
-C· papirius naso
} triumuiri

Cametus uicus

∴ cannetum

& P. Corneliuſ ī locū eiuſ quę miſſa cū Pretore fuerat trāſcripta legiō
noua profectūſ ab urbe Lx longiſ nauib⁹ preter orā Etrurię Liguſq.
& inde Saluiū montiſ peruenit Maſſiliam & ad proximū hoſtiū
Rhodani Plurib⁹ ēim diuiſiſ amniſ i mare decurrit: Caſtra locat:
uixdum ſatiſ credenſ Annibalem ſuperaſſe pyrēneoſ montiſ. Quem
ut de Rhodani quoq; tranſitu agitare aīa dūtt. incertuſ quonam
ei loco occurreret: nec dū ſatiſ refectiſ ab iactatiōe maritima militib⁹
ccc. interim delectoſ equiteſ ducib⁹ Maſſilienſib⁹ & auxiliarib⁹ Gal
liſ ad exploranda omia uiſendoſq. ex tuto hoſteſ p̄mittit Annibal
ceteriſ metu pacatiſ aut pretio: i Vulgatq puenerat agrū gentiſ ua
lidę. Colunt aūt circa utrāq. ripam Rhodani & diffiſi citeriore a
gro arceri ſenum poſſe ut flumē pro muniīto haberent. omīb⁹
ferme ſuiſ tranſ Rhodanū traiectiſ. ulteriorē ripam amniſ obtine
bant. Ceteroſ accolaſ flumīiſ Annibal & eoſ ipōſ qui ipāſ ſedeſ tenuerāt
ſimul plicit doniſ ad nauēſ undiq. contrahendaſ fabricādaſq. Simſ
& ipi trāici exercitū leuariq. q̄ primū regiōem ſuā tanta hoīum ur
gente turba cupiebant. Itaq. ingens coacta uiſ nauiū eſt. lintriūq. te
mere ad uicinalem uſū paratq. Nouaſq. aliaſ primū Galli incolā
teſ cauabant ex ſinguliſ arboribus deinde & ipi militeſ ſimul copia
materie. ſimul facilitate operiſ inducti. alueoſ informeſ. nihil/dū
modo īnare aquę & cape onera poſſent. curātēſ raptim faciebant:
quib⁹ ſe ſuaq. tranſueherent. Iāq. omnib⁹ ſatiſ paratiſ ad traiicien
dum timebant ex adūſo hoſtiſ. omēm ripā equiteſ uiriq. obtinē
teſ. quoſ ut aūteret Hannonē Hamilcariſ filium uigilia prima
noctiſ cū parte copiarq maxīe Hiſpaniſ adūſo flumine ire. iter
unius diei iubet. & ubi primo poſſit q̄ occultiſſime traiecto amni cir
cūducere agmen ut cū facto opuſ ſit adoriatur a tergo hoſtem. ad id da
ti duceſ Galli educūt inde milia quinq. & xx. ferme ſupra paruę in
ſulę circūfuſū amnē latiorē ubi diuidebatur. eoq. minuſ alto alueo
tranſitū oſtendere. ibi raptim ceſa materia ratesq. fabricatę. i quibuſ
uiriq. & alia onera traiicerentur. Hiſpani ſine ulla mole in utreſ ue
ſtimentiſ coniectiſ ipi ceteriſ ſuppōitiſ incubanteſ. flumen trāſnata
uere. & aluſ exercituſ ratibuſ iunctiſ tranſuectuſ caſtriſ prope flu
men poſitiſ nocturno itinere atq. operiſ labore feſſuſ. quiete uniuſ
diei reficitur. intento duce ad conſilium opportune exequēdum
Poſtero die profecti ex loco prodito fumo ſignificante trāſiſſe. & haud

Vulgę ppli. gallor⁹ circa utrāq; ripam rhodani inco lentes: quos hodie auinionenſ⁹ dici puto.

Hanno hamilcaris filius

procul abesse: quod ubi accepit Annibal ne tpr̃i deesset dat signum ad
trauiciendum iam paratas aptasq, habebat pedes luntres equos fere
propter equos nantes nauium agmen ad excipiendū aduersi im
petum flum̃is parte supiore transmittens Tranquillitatē infra trai
cientib luntrib prebebat equoz parś magna nantes loris a pup
pibus trahebantur preter eos quos instructos frenatosq, ut extem
plo egresso in ripam eqti usui essent imposuerūt i naues. Galli oc
cursant in ripam cū uaris ullulatib cantuq, moris sui: quatientes
scuta sup capita: uibrantesq, dexteris tela: quāq ex adūso terrebat
tanta uis nauium cū ingenti sono flum̃is & clamore uario nau
taz militū & qui nitebantur pr̃umpentē flum̃is & qui ex
altera ripa trauicientes suos hortabantur Iam satis pauentes ad
ūso tumultu terribilior a tergo adhortus clamor castris ab hā
none captis: mox & ipe aderat: ancepsq, terror circūstabat & e
nauib tanta uis armatoz i terram euadens & a tergo iprouisa
p̃mebat acies. Galli postq̃ uim facere conati sunt ultro pellebāt
qua pte reuisū maxīe uter prumpunt: trepidiq, i uicos passim su
os diffugūt. Annibal ceteris copiis per oc̃ium traiectis sperens
iam gallicos tumultus castra locat. elephantoz trauiciendoz ua
ria cōsilia fuisse credo. certe uariata memoria est actę rei. qdā
congregatis ad ripā elephantis tradunr ferocissimū ex iis irri
tatum a rectore suo cū refugientē in aquā nantē sequeretur. tra
xisse gregem ut quēq. timentē altitudinē destitueret uado im
petu ipo flum̃is in alterā ripam rapiente. Ceteq magis cōstat ra
tibus traiectos id ut tutius cōsilium ante rem foret ita acta re ad fidē
proniusq est. Ratem unam cc. longā pedes. L. latam a terra i amnem
porrexerunt quam ut secūda aqua deferretur pluribz retinaculis
ualidis parte supiore ripe re ligatā pontis i modum humo iecta
cōstrauerant ut belue audacter uelut per solum ingrederentur. Al
tera ratis eque lata longa pedes. c. ad trauiciendū flumen apta huic
copulata est: ut cū elephanti p stabilem ratē tanq̃ uiam pregredi
entib feminis apti acti: ubi i minorē applicatā transgressi sunt ex
templo resolutis quib leuiter annexa erat uinculis ab actuariis
aliquot naubz ad alterā ptrahitur Ita primis expōitis alii deinde
repetiti ac tracti sunt nihil sane trepidabant donec continenti uelut
ponte agerentur. primis erat pauor cū soluta a ceteris rate i altum

Quomodo hannibal elephan
tes rhodanū amnē traiecit

∴ ripam

lo. Et T. Quintius Crispinus. C. Hostilius Tubulus. C. Aurunculeius

· Q. fulvius
· Q. fabius

· Q. fabius max
· Q. flaccus fulvius
} Cos

· L. veturius philo
· T. quintius crispinus
· C. hostilius tubulus
· C. aurunculeius
} prete

134

Olbiensis ager in sardinia

Calaritanus ager. in sard.

magrātibus in annum creatus Q fuluius Dictatura se abdicauit Extremo
estatis euus classis punica nauium xxx. cum pfcō Hamilcare in Sardini
am traiecta Olbiensem primo deinde postq ibi P. Manlius Volso Pretor
cum exercitu apparuit circumacta inde ad altez insulę latus Cala
ritanum agrum uastauit & cū preda omīs qmīs in Africam rediit Sa
cerdotes Romani eo anno mortui aliquot: suffectiq. C. Seruilius Pon
tifex factus in locum T. Octacilii Crassi. Decemuir item sacrificandis
sacrisfacundis in locum T. Sempronii T. F. Longi T. Sempronius C.F.
Longus suffectus M. Martius Rex sacrorz mortuus est & M. Emi
lius Papus Maximus Curio neq. in eorz locum sacerdotes eo anno
suffecti Et Censores hic annus habuit L. Vulturnium Phylonem &
P. Licinium Crassum pontificem maximum. Crassus Licinius nec Cons.
nec Pretor ante fuerat q̄ Censor est effectus Ex edilitate gradum ad
censuram fecit. Hi Censores neq. Senatum legerunt nec quicq̄ reip
egerunt Mors diremit L. Veturium Inde & Licinius Censura se ab
dicauit Ediles Curules Veturius & P. Licinius Varus. Ludos Romanos
diem unum instaurarūt Ediles pl. Q. Cautius & L. Sortius Licinius
ex multicio argento signa enea ad ceteros dedere & ludos pro tempo
ris huius copia magnifici apparatus fecere Exitu anni huius die iiii
& xxx. qua a Tarracone profectus erat Lelius Romam uenit Lega
tus Scipionis. is cum agmine captiuorz ingressus Vrbem magnum
concursum hoium fecit. Postero die in Senatum introductus Captam
Carthaginem caput Hispanię uno die receptasq. aliquot urbes quę
defecissent: nouasq. in societatem adscitas exposuit Ex captiuis comp
ta his fere congruentia quę in Iris fuerant. M. Valerii Messalę. ma
xime mouit patres Hasdrubalis transitus in Italiam uix Annibali
atq. eius armis subsistentem Productus in contionem Lelius ea demū
disserut Senatus ob res feliciter a Scipione gestas supplicationes in
unum diem decreuit. C. Lelium primoquoq. tempore cū quibs uene
rat naubs redire in Hispaniam iussit. Carthaginis expugnationē
in hūc annum contuli multis autoribs haud nescius quosdam esse
qui anno insequenti captam tradiderint: quod mihi simile ueri ui
sum est: annum integrum Scipionem i Hispania consumpsisse. Q.
Fabio Maximo quintum. Q. Fuluio Flacco iii Cons. idibs martiis q̄
die magrātum inierunt Italia ambobus prouincia decreta. Regi
onibus tamen partitum impium. Fabius ad Tarentum. Fuluius in Luca

nus ac Brutus rem gereret. M. Claudio prorogatum in annum imperium Pretores sorti prouincias. C. Hostilius Tribulus Vrbanam. L. Veturius Phylo peregrinam cũ Gallia. T. Quintius Crispinus Capuam. C. Aurunculeius Sardiniam. Exercitus ita per prouincias diuisi. Fuluio duę legiones quas in Sicilia Valerius Leuinus haberet. Q. Fabio quibꝫ in Etruria. C. Calphurnius preesset. Exercitus urbanus ut in Etruriam succederet. C. Calphurnius preesset prouincię exercituq. quem. C. fuluius habuisset. Capuam exercitũq. Quintius obtineret. C. Hostilius a. CN. Lectorio Proconsule prouinciam exercitumq. qui tum iam Arimini erat. acciperet. M. Marcello qui Cons. bene rem gesserat. legiones decretę. M. Valerio cum. L. Licinio. his quoq. prorogatum ẽ in Sicilia imperium. Cannensis exercitus datus eũq. supplere ex militibꝫ qui ex legionibꝫ CN. fului supererent. iussi. Conquisitos eos Cons. in Siciliam miserunt. additaq. eadem militię ignomia sub qua Cannenses militabant. quiq. ex Pretoris. CN. fului exercitu ob similis tram fugę. missi eo ab Senatu fuerant. C. Aurunculeio eedem in Sardiniam legiones quibꝫ. P. Manlius Volso eam prouinciam obtinuerat. decretę. P. Sulpicio eadem legione. eademq. classe Macedoniam obtinere iusso. prorogatum in annum imperium xxxv. naues ex Sicilia Tarentum ad fabium Cons. mitti iussę. Cetera classe placere predatum in Africam & ipm. M. Valerium Leuinũ trauicere seu. L. Cincium seu. M. Valerium Messallam uellet. Nec de Hispania quicq̃ mutatum nisi quod non in annum Scipioni Sillano. sed donec reuocati a Senatu forent prorogatum imperium est. ita prouincię exercitusq. in eum locum partita imperia. Inter maiores curas comitia Maximi Curionis cũ in locum M. Emilii sacerdos crearetur. uetus excitauerũt certamen. Patricius negantibꝫ. C. Manilii Attellini qui unus fuit ex plebeis petens rationem esse habendam quia nemo ante eum nisi ex patribus id sacerdotium habuisset. Trib. appellati ad Senatum reiecerunt. Senatus populo potestatem fecit. Ita primus ex plebe creatus Maximus Curio. C. Manilius Attellus. Et Flaminem Dialem inuitum augurari coegit. P. Licinius Pontifex maximus. C. Valerium flaccum Decemuirum sacris faciundis Creatus in locum Mutii Scęuolę demortui. C. Lectorius. causam i augurare coacti Flaminis libens reticuissem: ni ex mala fama in bonam uertisset: ob adolescentiam negligentem luxuriosamq. C. Flac

∴ eidem

cus Flamen captus a P Licinio pontifice maximo erat L Flacco fratri
germano cognatisq; aliis ob eadem uitia inuisus. Is ut aium eius
cura sacroꝝ & ceremoniaꝝ cepit ita repente exuit antiquos mores
ut nemo tota iuuentute haberetur prior nec probatior primori
bus patrum suis pariter alienisq; esse. Huius fame consensu elatus
ad iustam fiduciam sui rem intermissam per multos annos ob in
dignitatem flaminum prioꝝ repetiuit ut in Senatum introuret. In
gressum eum curiam cū L Licinius Pretor inde eduxisset Trib pl
appellauit Flamen. Vetustum ius Sacerdotii repetebat datum id
cum toga pretexta & sella curuli & Flaminio esse Pretor non exo
letis uetustate annaliū exemplis stare ius sed recentissime cui
usq; consuetudinis usu uolebat nec patrum nec auoꝝ memo
ria Dialem queq̄ id ius usurpasse. Trib rem inertia Flaminum
obliteratam ipis nō sacerdotio damno fuisse cum equū censuis
sent ne ipo quidem contra tendente Pretore & magno assen
su patrum plebisue Flaminem i Senatum introduxerunt. Omi
bus ita estimantib; magis sanctitate uite q̄ sacerdotii iure eam
rem Flaminem obtinuisse. Cons pruisq; in prouincias irent du
as urbanas legiones in supplementū quantū opus erat ceteris
exercitibus militum scripserūt. Vrbanum ueterem exercitum Ful
uius Consul C N Fuluio Flacco legato frater huic Cons erat. Etru
riam dedu ducendum. Et legiones que in Etruria erant Roma
deducendas. Et Fabius Cons reliquas exercitus Fuluiani coqui
sitas fuerūt aut ad tria milia ccc. xxxvi. Q Maximum filium
ducere i Siciliam ad M Valerium Procons iussit atq; ab eo du
as legiones & xxx quinqueremes accipere. Nihil hę educte ex
Insula legiones minuerūt nec uiris nec spe eius prouincie pre
sidium. Nam cū preter egregie suppletas duas ueteres legiones
transfugaꝝ etiam Numidaꝝ equitū peditūq; magnam uim ha
beret Siculos quoq; qui in exercitu Epicidis aut Penoꝝ fuerant
belli peritos uiros milites scripsit. Ea externa auxilia cū singulis
Romanis legionib; adiunxisset duoꝝ spem exercituū seruauit
Altero L Cincium partem insule qua regnum Hieronis fuerat
tueri iussit. Altero ipe ceteram insulam tuebatur diuisam quon
dam Romani imperii Puniciq; finibus. Classis quoq; nauium xx
parata ut omi ambitu littoꝝ presidia oꝝ maritimę essent. Ipe cū

Mutinis equitatu prouinciam peragrabat ut uiseret agros cultaq; ab incultis notaret & perinde dominos laudaret castigaretq; Ita tñ ea cura frumenti prouenit ut Romam mitteret & Catinam conueheret unde exercitui qui ad Tarentum estiua acturus esset posset prebere Ceteri transportati milites in Siciliam & erat maior pars latini nominis sociorq; prope magni motus ca fuere adeo ex paruis sepe magnarum momenta rerum pendent fremitus enim inter Latinos sociosq; i consilijs ortus decimũ annũ delectibꝰ & stipendijs exhaustos esse Quot annis ferme cladẽ magna pugnare alios in acie occidi alios morbo absumi magis perire sibi ciuem qui a Romano milite lectus sit q̃ qui a Pœno captus Quippe ab hoste gratis remitti i patriam a Romanis extra Italiam in exilium ueriusq; in militiam ablegari. Octauum iam sibi annum senescere Cannensem militem moriturum anteq; Italia hostis abscedat Quippe nũc cũ maxie florens urbꝰ excedat si ueteres milites non redeant in patriam nouꝰ legãtur breui neminem supfuturum Itaq; quod prope diem res ipa negatura sit prius q̃ ad ultimam solitudinem atq; egestatem perueniant negandũ po ro esse si consentientes in hoc socios uideant Romani profecto de pace cũ Carthaginensibꝰ iungenda cogitaturos Aliter nunq; uuic Annibale sine bello Italiam fore Hec acta in cõsilijs xxx tũ colonie p. r. erant ex iis xii cũ oĩum legationes essent Rome negauerunt Cons. esse unde milites pecuniamq; darent Ee fuere Ardea Nepetes Sutrium Minturne Inturna Alta Carseoli Suessa Cerete Lacates. Narnia Interamna Noua rr Cons. icti cũ abstraherent eos atam detestabili consilio uellent & castigando increpandoq; plus q̃ leniter agendo profecturos rati eos ausos esse Cons. dicere aiebant quod Cons in Senatu pronuntiare i ãium inducere non posset. Non enim detractationem eam munerꝭ militiæ sed aptam defectionem a p r. esse Rediuerent itaq; propere in colonias & tanq̃ integra re loquuti magisq̃ ausi tantũ nephas cũ suis consulerent Admonerent nõ Campanos neq; Tarentinos eos esse sed Romanos unde orundos inde in colonias atq; i agrum bello captum stirpis augendæ cã missos. Quę liberi parentibꝰ deberent ea illos Romanis debere si ulla pietas si memoria antiquæ patriæ esset Consulerent igitur de integro Nam tum quidem que temere agitassent ea prodendi imperii Romã tradendi Annibali uictori esse. Cum alternis hec Cons. diu tractasset

nihil moti legati Neq. se quod domum renuntiarent habere dixerunt: neq. Senatum suum quid noui consuleret ubi nec miles qui legeretur nec pecunia que daretur in stipendium esset. Cum obstinatos eos iudicarent Cons rem ad Senatum detulerunt. Vbi tantus pauor horum animis est iectus ut magna pars actum de impio diceret. Idem alias colonias factum. Idem socios consensisse omes ad prodendam Annibali urbem Romanam. Cons. hortari & cosolari Senatum & dicere alias colonias in fide atq. officio pristino fore. Eas quoq ipas que officio decessissent si legati circa eas Colonias mittantur qui castigent non qui precentur uerecundiam imperii habituras ee. Permissum a Senatu iis cu esset agerent facerentq. ut e rep. ducerent temptatis prius aliaq. coloniaq. animis citauerunt legatos quesiueruntq. ab iis ecquid milites ex formula paratos haberent. Pro duo de xx. colonis M. Sextilius fregellanus respondit & milites paratos ex formula esse & si pluribus opus esset pluris daturos & quicquid aliud imperaret uelletq. p.r. enixe facturos ad id sibi neq. opes deesse animum etiam supesse. Cons sibi parum uideri prefati p merito eoq. sua uoce collaudari eos nisi unusquisq. patres in curia gras egissent sequi in Senatum eos iusserunt. Senatus q̄ poterat honoratissimo decreto alloquutus eos mandat Cons. ut ad populum quoq. eos p ducerent & inter multa alia preclara que ipis maioribq. suis prestitissent recens etiam meritum eoq. in remp. comemorarent. Ne nūc quide post tot secula sileatur fraudenturue laude sua Signini fuere & Nolani & Norbani Satriculaniq. & Brundusini & fregellani & Nucerini & Adriani & firmani & Ariminenses. Et altero mari Pontiani & Prestani & Consani & Mediterranei. Beneuentani & Sernini & Spoletani & Placentini & Cremonenses. Hae coloniae subsidio tum imperium p.r. stetit usq. grae & in Senatu & ad populum actae. Duodecim aliae coloniae que detractauerunt imperium mentionem fieri patres uetuerunt. Neq. illos dimitti neq. retineri neq. appellari a Cons. Ea tacita castigatio maxie ex dignitate p.r. est uisa. Cetera expedientibus que ad bellum opus erant Cons. aurum inuentum ex ultimis quod in sanctiore erario ad ultimos casus seruabatur promi placuit. prompta ad quattuor mil. pondo auri. Inde quinquagena pondo data Cons. & M. Marcello & P. Sulpitio procons. & L. Veturio Pretori qui Galliam prouinciam sortitus erat. Abditūq. Fabio cōs.

Signini

+ ∴ at uicessimarium

c pondo auri precipuum quod in arcem Tarentinam portarentur Ce
tero auro usi sunt ad uestimenta pecunia pñti locanda exercitui
qui in Hispaniam bellum sua secunda fama ducisq; gerebat Pro
digia quoq; prusq̃ Cons proficiscerentur procurari placuit In Al
bano monte tacta de celo erant signum Iouis arborq; templo pro
pinqua & hostie lacus & Capue murus fortuneq; edes Et Sinues
se murus portaq; Hec de celo tacta Cruentam etiam aquam flu
xisse Albanam quidam auctores erant Et Rome intra cellam edis
fortune fortis de capite signum quod i corona erat i manu sponte
sua prolapsum & sruerni satis constabat bouem ce loquutum.
Vulturiumq; frequenti foro in tabernam deuolasse Et Sinuesse
natum ambiguo inter marem & feminam sexu infantem: quos
Androginos uulgus ut plenaq; facilione ad duplicanda uerba gre
co sermone appellat Et lacte pluisse Et cum elephanti capite pue
rum natum Ea prodigia hostiis maioribus procurata Et supplica
tio circa omia puluinaria obsecratio in unu diem indicta Et decre
tum ut CN Hostilius Pretor ludos Apollinis sicut bis annis uo
ti factiq; erant uouerit faceretq; Per eos dies & Censoribus creandis
Q fuluius Consul comitia habuit Creati Censores ambo qui non du
Cons fuerant M Cornelius Cethegus P Sempronius Tuditanus.
Censores ut agrum Campanu fruendum locarent ex autoritate pa
trum latum in plebem est plebesq; sciuit Senatus lectionem con
tentio inter Censores de principe legendo tenuit Sempronii lectio
erat Ceterum Cornelius morem traditu a patribus sequendum
aiebat ut qui primus Censor ex iis qui uiuerent fuisset eum pri
cipem legerent Is L Manlius Torquatus erat Sempronius cui du
sortem legendi dedissent & ius liberum eosdem dedisse deos: sed
suo arbitrio facturum lecturumq; Q Fabium Maximum quem
tum principem Romane ciuitatis esse uel Annibale iudice di
cturus esset Cum diu certatum esset uerbis concedente Collega
lectus a Sempronio princeps in Senatum Q Fabius Maximus Cos
Inde alius lectus Senatus octo preteritis inter quos M Cecilius
Metellus infamis autor deserende Italie post Cannensem dade
In equestribus quoq; notis eadem seruata causa: sed erant perpauci
quos ea infamia attingeret Illis omnibus & multi erant adempti
equi qui Cannensium legionum equites in Sicilia erant Addide

Androgini qui sint

- M · cornelius cethegus
- P · sempronius tuditanus

runt acerbitati etiam tempus ne pterita stipendia procederent iisq
equo publico emeruerant sed dena stipendia equis pruatis faceret
Magnum preterea nūm eoꝝ conquisierunt qui equo merere de
berent atq, ex iis qui principio eius belli septemdecim annos na
ti fuerant, neq, militauerant omēs, eratos fecerunt Locauerunt
unde reficienda que circa forum incendio consumpta erant. vii
tabernas: macellum atrium regiam Transactis omīb; que Rome
agenda erant Cons: ad bellum profecti. Prior fuluius pregressus
Capuam. Post paucos dies consequutus fabius qui & Collegam co
ram obtestatus est & Marcellum per Iras q̄ acerrimo bello de
tineret Annibalē dum ipe Tarentum oppugnare. Ea urbe ademp
ta hosti undiq, pulso nec ubi consisteret nec quid fidum respiceret
habenti ne remorandi quidem cām i Italia fore. Regium etiam
nuntium mittit ad pfectum presidii quod a Leuino Cons: aduer
sus Brutios ibi locatum erat. viii. milia hoīum pars maxima ab
Agatirna sicut ante dictum est ex Sicilia traducta rapto uiuere
hominum assuetoꝝ Additi erant Brutioꝝ in diem perfuge & au
dacię & audiendi omīa necessitatib; pares. Hanc manū ad Bru
tium agrum primū depopulandum duci iussit, inde ad Caulon
iam urbem oppugnandam. Imperata nō impigre solum sed etiam
auide executi. direptis fugatisq, cultoribus agri sūma ui oppugna
bant Marcellus & Consulis litteris excitus & quia i aūm indu
xerat neminē ducem Romanum tam parem Annibali q̄ se esse:
Vt primum in agris pabuli copia fuit ex hibernis profectus ad
Cannusium Annibali occurrit. Sollicitabat ad defectionem Can
nusinos penus. Ceteꝝ ut appropinquare Marcellū audiuit ca
stra inde mouit. Aperta erat regio sine ullis ad insidias latebris.
Itaq, in loca saltuosa cedere inde cepit. Marcellus uestigiis instabat
castraq, castris conferebat & ope perfō extemplo in aciem legio
nes educebat. Annibal turmatim per equites peditūq, iaculatores
leuia certamina serens: casum uni⁹ pugnę nō necessariū duce
bat. Tractus est tamen ad id quod uitabat certamen. Nocte pre
gressum eum assequitur locis planis ac patentib; Marcellus castra
inde ponentem pugnando undiq, in munitores leuia certamina
serens operib; prohibet: ita signa collata pugnatūq, totis copiis
& iam cū nox instaret marte equo discessum est. Castra exiguodi

urbem

Sollicito

stantia spatio raptum ante noctem pmunita. Postero die luce pri
ma Marcellus in aciem copias eduxit. Nec Annibal detrectauit
certamen. multis uerbis adhortatus milites ut memores Trasimeni
Cannaq; contunderet ferociam hostis urgere atq; istare eum no
castra ponere pati. non respirare aut circūspicere: quotidie simul
orientem solem & Romanā aciem in campis uidendā ee. si uno p
lio haud incruentus abeat: Quietus deinde eum trāquillusq; bel
laturum His irritatu adhortationibꝫ simulq; tedio ferocię hostiū
quotidie instantium lacessentiūq; acriter prelium ineunt pugna
tū amplius duabꝫ horis est Cedere inde a Romanis dextra ala
& extraordinarii cepere. Quod ubi Marcellus uidit duodecuige
simā legionem i primā aciem inducit. Dum alii trepidi cedunt
alii segniter subeunt turbata tota acies est deinde prorsus fusa:
& uincente pudorem metu terga dabant. Ceciderq; in pugna ad
duo milia & septingenti ciuiū sociorūq; i his quattuor Romani
Centuriones fuere duo Trib. mil: M. Licinius & M. Eluius Signa
militaria quattuor de ala prima que fugit duo de legione quę
cedentibꝫ socius successerat amissa. Marcellus postq̄ i castra reditum
est contionem adeo seuam atq; acerbam apud milites habuit ut
prelio per diem totum infeliciter tolerato tristior irati ducis oratio
esset. Dii immortalibꝫ ut in tali re grates laudesq; inquit ago quod
uictor hostis cū tanto pauore incedentibꝫ uobis in uallum portasq.
non ipa castra est aggressus. deseruissetis profecto eodem terro
re castra quo dimisistis pugnam. qui pauor hic qui terror. que
repente qui & cū quibꝫ pugnaretis obliuio aīos inuasit. Nempe
iidem sunt hi hostes quos uincendo & uictos sequendo priore estate
absumpsistis. quibꝫ dies noctesq; fugientibꝫ per hos dies institistis. q̄s
leuibꝫ prelis fugastis. quos hesterno die nec iter facere nec castra
ponere passi estis. Dimitto ea quibꝫ gloriari potestis. cuius & ipius
pudere ac penitere uos oportet referam. Nempe equis manibus he
sterna die diremistis pugnam. quid hec nox. quid hec dies abstulit.
uestre his copię iminutę sunt. an illoꝝ auctę. Non equidem mihi
cū exercitu meo loqui uideor. nec cū Romanis militibꝫ. corpora tā
tum atq; arma eadem sunt. an si eosdem aīos habuissetis. terga ue
stra uidisset hostis. signa alicui manipulo aut cohorti abstulisset.
non adhuc cesis Romanis legionibꝫ gloriabatur uos illi hodierno

Marcellus ab hannibale superatur

ORO Marcelli ad milites

die primum fugati exercitus dedistis decus. Clamor inde ortus ueni
am eus diei daret. ubi uellet deinde experiretur militum suoꝝ animos.
Ego uero experiar inquit milites & uos crastina die in aciem edu
cam ut uictores potiusq̃ uicti ueniam impetretis quam petitis. Co
hortib⁹ que signa amiserant ordeum dare iussit. Centuriones q. ma
nipuloꝝ quoꝝ signa amissa fuerant destrictis gladiis distinctos
destituit & ut postero die omẽs pedites equitesq. armati adessent.
edixit. Ita contio dimissa fatendo uere ac merito sese increpitos ne
q. illo die uirum quenq̃ in acie Romana fuisse preter unũ duce
cui aut morte satisfaciendum aut egregia uictoria esset. Postero die
ordinati armatiq. ad edictum aderant. Imperator eos collaudat pro
nuntiatq. a quib⁹ orta pridie fuga esset. cohortes que signa ami
sissent se in prima acie inducturum. educere iam sese omnib⁹ pugnã
dum ac uincendũ esse & adnitendum singulis unũusisq. ne prius he
sterne fuge q̃ hodierne uictorie fama Romam perueniat. Inde ci
bo corpora firmare iussi ut si longior esset pugna uiribus quoq. suffi
cerent. Vbi omia dicta factaq. sunt. quib⁹ excitarentur animi mili
tum in aciem procedunt. Quod ubi Annibali nuntiatũ est. cum eo mi
rũum inquit hoste res est. qui nec bonam nec malam ferre fortunã
potest. seu uicit ferociter instat uictis. seu uictus est. instaurat cum
uictoribus certamen. Signa inde canere iussit. copias educit. pugnatũ
utrinq. aliq̃to q̃ pridie acrius est. Penis ad obtinendum hesternum
decus adnitentib⁹: Romanis ad demendam ignominiã. Sinistra ala
a Romanis & cohortes que amiserant signa in prima acie pugna
bant: & legio uicesima a dextro cornu instructa. L. Cornelius Lentu
lus & C. Claudius Nero legati cornib⁹ preerant. Marcellus mediam
aciem hortator testisq. presens firmabat. Ab Annibale Hispani primã
obtinebant frontem & id roboris in omi exercitu erat. Cum anceps pu
gna diu esset. Annibal elephantos in primã aciem induci iussit. siquẽ
inicere tumultũ ea res ac pauorem posset. Et primo turbarũt signa or
dines q. & partim conculcatis partim dissipatis terrore qui circa erant
nudauerant una parte aciem latusq. fuga manasset. ni C. Decimus
Flauius Trib. mil. signo arrepto primi hastati manipulum eius signi
se sequi iussisset. duxit ubi maxie tumultum conglobate beluę facie
bant. pilaq. in eas conici iussit. Hesere omia tela haud difficile ex p
inquo in tanta corpora ictu & tam conferta turba. sed ut non omẽs

Verba hannibalis de marcello

uulnerati sunt ita in quoꝝ tergis pila fixa steterẽ: ut genus est anceps
in fugam uersi & integros auertere tum iam nõ unus manipulus sed
pro se quisq; miles qui modo assequi agmen fugientium elephantoꝝ
poterat pila conuicere eo magis ruere in suos belue tantoq; maiorem
stragem ediderẽ q̃ inter hostes ediderant quanto acrius pauor con
sternatas agit q̃ insidentis magri impio reguntur In perturbatam
transcursu beluaꝝ aciem signa inferunt Romani pediteſ & haud ma
gno certamine dissipatos trepidantesq; auertunt Tum ifugientes equi
tatũ imittit Marcellus nec ante finis sequendi est factus q̃ in castra
pauentes compulsi sunt Nam super alia que terrorem trepidationẽ
q; fecerant elephanti forte duo i ipa porta corruerant coactiq; erant
milites per fossam uallumq; ruere i castra ibi maxia hostiũ cedes fa
cta Cesa ad octo milia hoũm quinq; elephanti Nec Romanis incru
enta uictoria fuit mille ferme & septingenti de duabꝫ legionibꝫ & so
cioꝝ supra mil & ccc occisi Vulnerati permulti cuiũ sociorũ q· An
nibal nocte proxima castra mouit Cupientẽ insequi Marcellũ pro
hibuit multitudo sauciorũ. Speculatores qui prosequerentur agmen
missi postero die retulerunt Brutios Annibalem petere lisdem ferme
diebꝫ & ad Q fuluium Cons Hirpini & Lucani & Volscentes traditis p̃
sidiis Annibalis quę in urbibus habebant dedidere sese clementerq;
a Cons cum uerboꝝ tũ castigatione ab errore preterito accepti sunt.
Et Brutiis similis spes uenie facta est cum ab iis Vrbius & Pacuius fres
longe nobilissimi gentis eius eandẽ quę data Lucanis erat conditio
nem dedition̄is petentes uenerũt uenissent Q. fabius Consul oppidum
in Salentinis Manduriam ui cepit Ibi ad quattuor milia hoũm capta
& ceterę prede aliquantum Inde Tarentũ profectus in ipis faucibꝫ portus
posuit castra Naues quas Liuius tutandis cõmeatibꝫ habuerat partim
machinationibꝫ onerat apparatuq; menium oppugnandoꝝ partim
teloꝝ q̃ne instruit: onerarias quoq; nõ eas solum quę remis agerẽ
tur ut alii machinas scalasq; ad muros ferrent alii procul a nauibꝫ
uulnerarent menũ propugnatores ęę naues ab apto mari ut urbem
aggrederentur instructę parateq; erant Et erat liberum mare clas
se punica cum Philippus oppugnare Etholos pararet corcyram transmis
sa In Brutiis interim caulonęę oppugnatores sub aduentu Anniba
lis ne opprimerentur in tumulũ a presenti impetu tutũ se recepere. fa
bium Tarentum obsidentem leue dictu ad rem ingentem potundã

Hannibal á marcello superatur

Vrbius Pacuius fratres brutij

Manduria op. salentinoꝝ

Caulonea op. brutiorũ

Quomodo tarentum a Fabio captum & direptū est.

aduuuit Presidium Brutiorꝝ datū ab Annibale Tarentum habebant · eius presidii prefectus deperibat amore mulierculę: cuius frī in exercitu Fabii Cons: erat Is certior frīs sororis factus de noua cōsuetudine aduenę locupletis atq; inter populares tam honorati/spem nactus per sororem quolibet impelli posse amantem. Quid speraret ad Cons: detulit Que cū haud uana cogitatio uisa esset pro transfuga iussus Tarentum transire ac per sororem pfecto conciliatus primo occulte aīum eius tentando: deinde satis explorata leuitate blanditiis muliebribꝫ perpulit eum ad proditionē custodie loci cui pōpositus erat & ubi ratio agende rei & tempus conuenit: miles nocte per interualla stationum clam ex urbe missus ea quę acta erant queq; ut agerentur cōuenerāt ad Cons: refert Fabius uigilia prima dato signo iis qui i arce erant: quicq; custodiam portus habebant ipe circuito portu a regione urbis in orientem úsa occultus sedebat. Canere inde tubę ab arce simul & portu & a nauibꝫ que a perto mari appulse erant: clamorq; undiq; cum ingenti tumultu unde minimum periculum erat de industria ortus Consul interim silentio cōtinebat suos Igitur Democrates qui pfectus classis fuerat forte illo loco prepositus Postq̄ quieta oīa circa se uidit: alias partes eo tumultu personare ut captę urbis interdū excitaretur clamor ueritus ne inter contatione suam Consul aliquam uim faceret signaq; inferret presidiū ad arcem undemaxīe terribilis accedebat sonus traducit Fabius cū & ex tpris spatio & ex silentio ipo quod ubi paulo anstrepebant excitantes uocantesq; ad arma īde nulla accedebat uox deductas custodias sensisset ferri scalas ad eam partē muri qua Brutiorꝫ presidium esse agitatę proditionis conciliator nuntiauerat iubet Ea primū captus est murus aduuātibꝫ recipientibꝫq; Brutiis: & transcensum in urbem ē inde & proxima refracta porta ut sequēti agmine signa inferrentur. Tum clamore sublato sub ortum ferme lucis nullo obuio armato i forum peruenīt omesq; undiq; qui ad arcem portūq; pugnabant: in se cōuerterūt. Prelū in aditu fori maiore impetu q̄ perseuerantia cōmissum est. non aio nō armis nō arte belli nō uigore aut uiribꝫ corporis par Romano Tarentinus erat Igf pilis tm coniectis prius pene q̄ conserrent manus terga dederunt: dilapsiq; per nota urbis itinera i suas amicorꝫq; domos Duo ex ducibus Nico & Democrates fortiter pugnantes ceciderē Philemenes

qui prodituonis ad Annibalem autor fuerat cū cutato equo ex prelio
auectus esset uacuus paulo post equus uagans errans q per urbem
cognitus corpus nusq̄ inuentum est creditū uulgo est in puteum
apertum ex equo precipitatū esse Carthalonē aūtem p̄fectum pre
sidii cum cōmemoratione paterni hospitii positis armis uenientem
ad Consulem miles obuius obtruncat Alii alios passim sine diseri
mine armatos inermes q. cedunt Carthaginenses Tarentinos q. pari
ter Brutii quoq. multi interfecti seu per errorem seu uetere in eos
excito odio seu ad proditionis famam ut ui potius atq. armis cap
tum Tarentum uideretur extinguendā tū a cede ad diripiendam
urbem discursum. xxx. milia seruiluum capitum dicuntur capta
Argenti uis ingens facti signatiq. Auri Lxxxiii milia pondo Signa
tabule q. prope ut Syracusanā ornamenta equauerint Sed a maio
re ao q̄nis eius preda abstinuit Fabius q̄ Marcellus: qui interroga
ti Scribe quid uellet fieri de signis ingentis magnitudinis: dii sunt
suo quisq. habitu i modum pugnantium formati deos iratos Taren
tinis relinqui iussit Murus inde qui urbem abarce diuimebat di
rutus est & disiectus Dum hec Tarenti aguntur Annibal ius q Cau
loniam obsidebant in deditionem acceptis audita oppugnatione
Tarenti dies noctes q. cursim agmine facto cū festinans ad opem fe
rendam captam urbem audisset Et Romani inquit suū Annibalem
habent eadem qua ceperamus arte Tarentū amisimus. Ne tamen
fugientis modo uertisse agmen uideretur quo cōstiterat loco quīq.
milia ferme ab urbe posūt castra Ibi paucos moratus dies Metapo
tum sese recepit Inde duos Metapontinos cū lris principum eius
ciuitatis ad Fabium Tarentum mittit fidem a Cons. accepturos impu
nita ius priora fore si Metapontū ei cū presidio punico prodidissent.
Fabius uera que afferrent esse ratus diem qua accessurus esset Me
tapontum constituit lras q. ad principes misit que ad Annibalem
delate sunt Enim uero letus successu fraudis sine Fabius quidem
dolo inuictus fuisset haud procul Metaponto insidias ponit. Fabio
auspicanti prius q̄ egrederetur a Tarento aues semel atq. iterū nō
addixere Hostia quoq. cesa cōsulenti deos Aruspex cauendum a
fraude hostili & ab insidiis predixit. Metapontini post q̄ ad cōstitu
tam nō uenerat diem remissi ut contantem hortarentur ac repen
te comprehensi metu grauioris questionis detegunt insidias Esta

Res hispanę

Remissio nō.

∴ etiam

tus unius eius principio qua hęc agebantur P. Scipio in Hispaniam cū
hiemem totam reconciliandis bārbarōrū animis partim donis par
tim remissione obsidum captiuorūq; absumpsisset Edesco clarus
inter duces Hispanos uenit Erant coniunx liberiq; eius apud Ro
manos sed preter eam cām uelut fortuita inclinatio aiōrū quę
Hispaniam omnem aūterat ad Romanū a Punico impio traxit
eum Eadem cā Indibili Mandonioq; fuit haud dubie omīs Hispa
nie principibꝫ cū omi populorū manu relicto Hasdrubale secedē
di in iminentes castris eius tumulos unde per continentia uga tu
tus receptus ad Romanos esset Hasdrubal cū hostium res augescē
tantis incremētis cerneret suas iminui ac fore ut nisi audendo ali
quid moueret qua cepissent ruerent dimicare q̄ primū statuit Sci
pio auidus etiam certaminis erat cū ea spe quam successus rerū au
gebat tū qđ prius q̄ iungerentur hostium exercitus cū uno dimi
care duce exercituq; q̄ simul cū unūsis malebat Ceterū etiam si cū
pluribꝫ pariter dimicandū foret arte quadam copias auxerat Nam
cū uidere nullū esse nauū usum quia uacua omnis Hispanię ora clas
sibus punicis erat subductis nauibꝫ Tarraconem naualem socios terre
stribꝫ copiis addidit Et armorū affatim erat captorū Carthagine
& quę post captam eam fecerat tanto opificū nūo incluso Cūm hīs
copiis Scipio ueris principio a Tarracone egressus Iam em & Leli
redierat a Roma sine quo nihil maioris rei motum uolebat: ducere
ad hostem pergit Ser omia pacata eunti ut cuiuisq; populi fines trā
siret prosequentibꝫ excipientibusq; socius: Indibilis & Mandonius cū
suis copiis occurrerunt Indibilis pro utroq; loquutus haud quaq; ut
barbarus stolide incauteq; sed potius cū uerecundia grauitate pro
priorq; excusanti transitionem ut necessariam q̄ gloriantī eam ue
lut primam occasionem raptam Scire em transfugę nomen execra
bile ueteribꝫ socius nouis suspectū esse Neq; em se reprehendere no
men hostium si tam anceps odium cā nō nomē faciat Merita inde sua
i duces Carthaginenses cōmemorauit Auaritiā contra eorū superbiāq;
& omīs q̄ntis iniuriam in se atq; populares Itaq; corpus dūtaxat su
um ad id tempus apud eos fuisse animum iampridem ibi esse ubi ius
ac fas crederet coli: ad eosquoq; cōfugere supplices qui nequeant
hostium uim atq; iniurias pati se id Scipionem orare ut transitio sibi
nec fraudi apud eū nec honori sit: quales ex hac die experiundo co

Indibilis & Mandonius Scipioni se iungunt

Verba Indibilis ad Scipionē

Fraus nō.

gnouerit

gnouerit perinde operæ eo4 pretium faciat. Prorsus ita respondet factu
rum Romanus nec pro transfugis habiturum qui non duxerint soci
etatem ratam ubi nec diuum quicq̃ nec humani sanctum esset Pro
ducte deinde in conspectū iis coniuges liberiq. lachrimantib⁹ præ gau
dio reddūtur Atq. eo die in hospitium adducti Postero die fœdere
accepta fides: dimissiq. ad copias abducendas lisdem deinde in castris
tendebant donec ducib⁹ iis ad honestem peruentum est Proximus
Carthaginensium exercitus Hasdrubalis prope urbem Betulam e
rat pro castris equitum stationes habebat In eas uelites antesignaniq.
& qui primi agminis erant aduenientes ex itinere priusq̃ castris
locum caperent adeo contemptim impetum fecerunt ut facile ap
pareret quid utriq. parti animo4 esset In castra trepida fuga com
pulsi equites sunt signaq. Romana portis prope illata Atq. illo qdē
die irritatis tantū ad certamen animis castra Romani posuerunt No
cte Hasdrubal in tumulū copias recepit plano campo ī summo patē
tem & fluuiusab tergo ante circaq. uelut ripa præceps oram eius om
nem cingebant Suberat & altā inferior sūmissa fastigio planicies.
Eam quoq. alteram crepido haud facilior ī ascensum ambibat In hūc
inferiorem campum Hasdrubal postero die postq̃ stantem pro castris
hostium aciem uidit equites Numidas leuiq. armo4 baleares &
Afros dimisit Scipio circumuectus ordines signaq. ostendebat ho
stem prædamnata spe dimicandi equo campo captantē tumulos loci
fiducia nō uirtutis armo4q. stare in conspectu: sed altiora mœnia ha
buisse Carthaginem quę transcendisset miles Romanus. nec tumu
los nec arcem nec mare quidem armis obstitisse suis: ad id fore altitu
dines quas cepissent hostes ut per præcipitia & prærupta salientes fugę
rent eam quoq. se illis fugam clausurum cohortesq. duas alteram tē
nere fauces uallis per quam deferretur amnis iubet: alteram uiam ī
sidere quę ab urbe per tumuli obliqua ī agros ferret Ipe expeditos
qui pridie stationes hostium pepulerant ad leuem armaturam in
summo stantem supercilio ducit Seraspera primum nihil aliud q̃uia
impediti ierē Deinde ut subiectum uenerūt telo4 primo omīs gnīs
uis ingens effusa est ī eos Ipi contra saxa quę locus strata passim omia
ferme missilia præbet ingerere Non milites solum sed etiam turba
calonum īmixta armatis Cetera quāq̃ ascensus difficilis erat & pro
pe obruebantur telis saxisq. assuetudine tñ succedendi muros & p

Betula urbs hisp.

tinacia animi subierunt primi Qui simul cepere aliquid equi loci
ubi firmo consisterent gradu leuem & concursatorem hostem atq;
interuallo tutum cū procul missilibus pugna eluditur instabi
lem eundem ad cominus conferendas manus expulerunt loco
& cum cede magna in aciem altiorem superstantē tumulo impe
gere. Inde Scipio iussis aduersus mediam euadere aciem uictori
bus ceteras copias cū Lelio diuidit atq; cū parte dextra tumuli
circūire donec mollioris ascensus uiam inueniret iubet. Ipē a leua
circuitu haud magno in transuersos hostes incurrit. Inde primo tur
bata acies est dum ad circūsonantē undiq; clamorem flectere cor
nua & obuertere ordines uolunt. Hoc tumultu & Lelius subit
& dum pedē referunt ne ab tergo uulnerarentur laxata prima
acies locusq; ad euadendū medius datus est qui per tā iniquum
locū stantibꝫ integris ordinibꝫ elephantisq; ante signa locatis nū
q̄ euasissent. Cum ab omi parte cedes fieret Scipio qui leuo cornu
in dextrum īcurrerat maxīe in nuda hostium latera pugnabat
lam ne fuge quidem patebat locus nam & stationes utriq; Roma
nę dextra leuaq; insederant uias & portam ducis castrorū principū
q; fuga clauserat addita trepidatione elephantorū quos territos
eque atq; hostes timebāt. Cesa ergo ad viii milia hoīum. Hasdru
bal iam anteq̄ dimicaret pecunia rapta elephantosq; premissos q̄
plurimos poterat de fuga excipiens preter Tagum flumen ad Py
reneum tendit. Scipio castris hostium potitus cum preter libera ca
pita omēm predam militibꝫ concessisset i recensendis captiuis x
milia peditum duo milia equitū inuenit. Ex iis Hispanos sine pretio
omes domum misit Afros uendere Questorem iussit. Circūfusa in
omis multitudo Hispanorū & ante deditorū & pridie captorū Re
gem eū ingenti consensu appellauit. Tum Scipio silentio per preco
nem facto sibi maximū nomen Imperatoris esse dixit quo se mili
tes sui appellassent: Regium nomen alibi magnū: Rome intole
rabile esse. Regalem animū in se ēe si id in hominis ingenio am
plissimū ducerēt: tacite iudicarent uocis usurpatiōe abstinerent.
Sensere etiam barbari magnitudinē animi cuius miraculo nomi
nis alii mortales stupent: id ex tam alto fastigio aspernantis. Do
na inde Regulis principibusq; Hispanorū diuisa & ex magna copia
captorū equorū ccc. quos uellet eligere Indibilem iussit cum Afros

impegere

Hasdrubal a scipione prelio
victus fugatus q̄ pyrenū
tendit

Regem se appellari uetuit
Scipio

uenderet iussu imperatoris Questor puerum adultū inter eos forma
insigni quom audisset regi gnīs esse ad Scipionē misit Quem cum
percontaretur Scipio quis & cuias & cur id etatis in castris fuisset :
Numidam se ee aut Massium populares uocare orbum a patre reli
ctum apud maternū auum Gallam Regem Numidaz educatū
cū auunculo Massanissa qui nuper cum equitatu subsidio Car
thaginensibz uenisset in Hispaniam traiecisse prohibitū propter
etatem a Masanissa nunq̄ ante prelium iniisse: eo die se quo pu
gnatū cum Romanis eet inscio auunculo clam armis equoq
sumpto in aciem exisse: ibi prolapso equo effusum i precepś a Ro
manis captum esse. Scipio cū obseruari Numidam iussisset que p
tribunali agenda erant peragit. Inde cū se in ptorium recepisset uo
catum eum interrogat uellet ne ad Masanissam reuerti cū effu
sis lachrimis gaudio cupere uere diceret Tum puero anulum aure
um tunicam lato clauo cū hispano sagulo & aurea fibula equū
q; ornatum donat. Iussisq; prosequi quoad uellet equitibz dimi
sit. De bello inde cōsilium habitum & auctoribus quibusdam ut
confestim auctoribz consequeretur Hasdrubalem: Anceps id ratus
ne Mago atq; Hasdrubal cū eo iungerent copias presidio tīmadī
sidendum Pyreneū misso ipe reliquum estatis recipiendis in fidem
Hispanie populis absumpsit. Paucis post prelium factū ad Betula
diebz cū Scipio rediens iam Tarraconem saltu Castulonensi exces
set Hasdrubal Giscōnis filius & Mago imperatores ex ulteriore
Hispania ad Hasdrubalem uenere: serum post male gestam rem au
xilium Consilio in cetera exequenda belli haud parum opportuni :
ibi conferentibz quid i cuiusq; prouincie regione animoz Hispanis
esset unus hasdrubal Giscōnis ultimam Hispanię oram quę ad occe
anum & Gades uergit ignarus adhuc Romanoz esse eoq; Car
thaginensibz satis fidam censebat. Inter Hasdrubalem alterum & Ma
gonem constabat beneficiis Scipionis occupatos otium aios publi
ce priuatimq; ee: nec trāsitionibz fore ante finem q̄ omes Hispani
milites aut in ultima Hispanie amoti aut traducti i Galliam foret.
Itaq; etiam si Senatus Carthaginensium nō censuisset: eundum tn
Hasdrubali fuisse in Italiam ubi belli caput & rez summa esset :
simul & Hispanos ōes procul a nomie Scipionis ex Hispania abdu
ceret exercitum cuius tum transitionibz tum adūso prelio imminu

Cuias nō.
Massius massinissē nepos
Galle ypo numidaz
Massinissē

Hasdrubal gisgonis f.

1 n 2

tum Hiſpaniſ repleri militib⁹ Et Magonem Haſdrubali Giſgoniſ filio
tradito exercitu ipm cū grandi pecunia ad conducenda mercede au
xilia in balcareſ trauicere Haſdrubalem Giſgoniſ cum exercitu pe
nituſ in Luſitaniam abire nec cū Romanis manuſ cōſerere Ma
ſaniſſe ex omni equitatu quod roboriſ eſſet tria milia equitum ex
pleri eumq; uagum per citeriorem Hiſpaniam ſociis opem ferre ho
ſtium oppida atq; agroſ populari Hiſ decretiſ ad exequenda que
ſtatuerunt duceſ digreſſi Hec eo anno in Hiſpania acta Rome fa
ma Scipioniſ in dies creſcere fabio Tarentum captum ingenio ma
giſ q̄ uirtute glorię tū eſſe fuluii ſeneſcere fama Marcelluſ etiam
aduerſo rumore eſſe ſuperq̄ quod primo male pugnauerat quia ua
gante per Italiam Annibale media eſtate Venuſiam in tecta milites
abduxiſſet Inimicuſ erat ei C Publiciuſ Bibuluſ Trib pl Iſiam a
prima pugna que aduerſa fuerat aſſiduſ contionib⁹ infamem in
uſumq; plebi Claudium fecerat et de impio abrogando eius agebat
cum tū neceſſarii Claudii obtinuerūt ut relicto Venuſie legato Mā
celluſ Romam ueniret reduret ad purganda ea que inimici decer
nerent Nec de impio eius abrogando abſente ipo agerent forte ſub
idem tpus & Marcelluſ ad deprecandā ignominiā Et fuluius Cōſ
Comitioꝝ cauſa Romam uenit Actum de impio Marcelli in cyr
co Flaminio eſt ingenti concurſu plebiſq; & oīum ordinum Accu
ſauitq; Trib pl non Marcellum modo ſed omēm nobilitatem frau
de eoꝝ & contatione fieri ut Annibal decimū iam annū Italiam
prouinciam habeat diutuſ ibi q̄ Carthagine uixerit Habere fructū
imperii prorogati Marcello populum ro bis ceſum eſtiua exercitū
eius Venuſie ſub tectis agere Hanc Trib orationem ita obruit Mā
celluſ cōmemoratiōe reꝝ ſuaꝝ ut nō rogatio ſolum de impio eius
abrogando antiquaretur ſed poſtero die ingenti conſenſu conſ eū
Centurię omēſ creārent Additur Collega T Quintiuſ Criſpinuſ qui
tum Pretor erat Poſtero die Pretoreſ creati P Licinius Craſſus diues
Pontifex Maximuſ P Licinius Varuſ Sex Iuliuſ Ceſar Q Clau
diuſ Comitioꝝ ipoꝝ diebuſ ſollicita ciuitaſ de Etrurie defecti
one fuit principiū eius rei ab Arretiniſ fieri C Calpurnius ſcri
pſerat qui eam prouinciā propretor obtinebat Itaq; confeſtim eo
miſſuſ Marcelluſ conſul deſignatuſ qui rem inſpiceret ac ſi digna
uiderētur exercitu accito bellum eo ex Apulia in Etruriam trāſfer

ret. Eo metu compſſi Etruſci queuerunt. Tarentinoꝝ legatiſ pacem
petentibuſ cū libertate ac legib⁹ ſuiſ: reſponſum a Senatu eſt ut
redirent: Cum Fabiuſ Conſul Romam ueniſſet. ludi & Romani
& Plebei eo anno i ſingulos dieſ inſtaurati. Edileſ curuleſ fuere
L. Corneliuſ Claudius & Ser. Sulpitiuſ Galba. Trib. pl. C. Seruili
& Q. Ceciliuſ Metelluſ Seruilium negabant uere aut Trib. pl fuiſ
ſe aut edilem eſſe: qđ patrem euiſ quem Triumuirū Agrarium oc
ciſum a Boiis circa Mutinam ee opinio per. x. annoſ fuerat: ui
uere atq. in hoſtium poteſtate ee ſatiſ conſtabat. Vndecimo āno
Punici belli Conſulatū inierūt M. Marcelluſ quintū ut nume
retur Conſulatuſ quem uitio creatuſ nō geſſit & Quintiuſ Criſpi
nuſ: utriq. Conſ: Italia decreta eſt prouincia & duo Conſulares
prioriſ anni exercitus. Tertiuſ tū erat Venuſię cui M. Marcellus
pfuerat ita ut ex trib⁹ eligeret duos quoſ uellent Tertius ei trade
retur cui Tarentū & Salentini prouincia euenſſet Ceteri prouin
cie ita diuiſe Pretorib⁹: P. Licinio Varo Vrbana P. Licinio Craſſo Pō
tifici maximo peregrina Et quę Senatuſ cenſuiſſet Sex. Iulio Ce
ſari Sicilia Q. Claudio Flaminio Tarentum. prorogatū impium i
annum eſt Q. Fuluio Flacco ut prouinciam Capuam i qua &T.
Quintiuſ Pretor fuerat cū una legione obtineret: quib⁹ Pretor
obtinuiſſet. Quod in L. Veturio idem i C. Arunculeio decretum
ab Senatu: latūq. de prorogando impio ad populū eſt. Qui Pre
tor Sardiniam prouinciam cū duab⁹ legionib⁹ obtinuerat. Ad
ditę ei ad preſidium prouincię quinquaginta longę naueſ
quaſ P. Scipio ex Hiſpania miſiſſet. Et P. Scipioni & M. Sylla
no ſue hyſpanię ſuiq. exercituſ i annū decreti. Scipio ex octo
ginta nauib⁹ quas aut ſecū ex Italia adductaſ aut captas Car
thagine habebat. L: in Sardiniam trāſmittere iuſſus quia fama
erat magnū naualem apparatū eo anno Carthagine eſſe. cc.
nauib⁹ oīem oram Italię Sicilię Sardinięq. impleturoſ. Et in
Sicilia ita diuiſa reſ eſt. Sex. Ceſari exercitus Cānenſiſ eſt da
tuſ. M. Valeriuſ Leuinuſ ei quoq. eim i annum prorogatum i
perium eſt. Claſſem quę ad Siciliam erat nauiū. Lxx. obtineret
Adderet eo. xxx. naueſ quę ad Tarentū prior anno fuerant. Cū
ea Centum nauium claſſe ſi uideretur ei predatum i Africam
trauceret. Et P. Sulpitio ut eadem claſſe Macedoniam Greciaq

Prorogatum & C. hoſtilio tubu
lo ē: ut pp̄retore in hetruriam
ad duas legiones ſuccederet. C.
calpburnio. Progatum & L. ueturio
philoni ē: ut pro pretore galliam
eandem puinciam cum iſdem
duabus legionib⁹ obtineret:

Vna & uiginti legionibus hoc anno defensum imperiū ro.

Prodigia

exitiabilis euentus.

Pernitiales morbi

Dies an diem.xy. non quinti solennis erat apollinaribus ludis

prouinciam haberet prorogatū in annum imperium est. De duabus que ad urbem Romam fuerant legionibus nihil mutatū. Supplementū q̄ opus esset ut scriberent Cons. permissum. Vna & xx. legionibus eo anno defensum imperium Romanū est. Et P Licinio Varo Pretori urbis negocium datum ut naues longas xxx ueteres reficeret que ostie erant & xx. nouas naues socius naualibus impleret ut L. nauium classe oram maris uicinam Vrbi Romanę tueri posset. C. Calpurnius uetitus ab Arretio mouere exercitū nisi cū successor uenisset. Idem & Tubulo imperatū ut inde precipue caueret nequa noua consilia orirentur. Pretores in prouincias profecti Cons. religio tenebat quod prodigiis aliquot nuntiatis nō facile litabant ex Campania nuntiabant nūtiata erant. Capue duas edes fortunę & Mātis & sepulchra aliquot de celo tacta. Cum iis adeo minimis etiam rebus parua religio inserit. duos mures in ede Iouis aurum rosisse Cassini examen apum ingens in foro consedisse. Et hostie murū portāq. de celo tactam. Cere uulturiū uolasse in edem Iouis. Vulsinis sanguine lacum manasse. Hoz prodigioz causa diem unū supplicatio fuit. Per dies aliquot hostię maiores sine litatione cesę: diuq. non imperata pax deum in capita Cons. rep. incolumi exitiabilis prodigioz euentus uertit. Ludi Appollinares Q. Fuluio Ap. Claudio Cons. a P Cornelio Sylla Pretore urbis primū facti erāt. Inde omes deincepſ Pretores Vrbani fecerant sed in unum annū uouebant. dieq. incerto faciebant. Eo anno pestilentia grauis incidit in Vrbem agrosq: quę tn magis i morbos longos q̄ in pernicialeſ euasit. Eius pestilentie cā & supplicatū per computa ta urbe est. Et P Licinius Varus Pretor urbis legem ferre ad populum iussus: ut hi ludi i perpetuū instatutū diem uouerentur. Itaq ipe primus ita uouit fecitq. ante diem iii. Non quintiles. Is dies deinde solennis seruatus. De Arretinis & fama in dies grauior & cura crescere patribus. Itaq. C Hostilio scriptum est ne differret obsides ab Arretinis accipere: & cui traderet Romam adducendos. C. Terentius Varro cum imperio missus: qui ut aduenit extemplo Hostilius legionem unam quę ante urbem castra habebat signa in urbem ferre iussit. presidiaq. locis ydoneis disposuit. Tū in foro citatis Senatoribus obsides imperauit. Cum Senatus biduum ad considerandū tpūs peteret aut ipos extemplo dare aut se

postero Senatoq̄ omnis libr̄os sumpturum edixit Inde portas custodi
re iussit Trib mil p̄fectisq̄ locum & Centurionib⁹ ne quis nocte ur
be exiret Id segnius negligentiusq̄ factum Septem principes Se
natus priusq̄ cūstodie in portis locarentur ante noctem cū liberis
euaserunt Postero die luce prima Senatus in forum citari ceptus
esset desiderati: bonaq̄ eoq̄ uenierūt A ceteris Senatorib⁹ cxx. ob
sides liberi ip⁹q̄ accepti traditiq̄ C Terentio Romam deducendi .
lis omia suspectiora q̄ ante fuerant i Senatu fecit. Itaque tāq̄ im
minente Etrusco tumultu legionem alteram ex urbanis Arretiū
ducere iussus ipe C Terentius: eāq̄ habere i presidio urbis C. Hostili
um cum cetero exercitu placuit totam prouncia peragrare & caue
re ne qua occasio nouare cupientib⁹ res daretur. C Terentius ut Arre
tium cum legione uenit: claues portaq̄ cum magīratus poposcisset
negantib⁹ iis comparere fraude amotas magis ratus q̄ negligentia
interuidisse ipe alias claues omnib⁹ portis imposuit cauitq̄ cum cu
ra ut omia i potestate sua essent. Hostilium intensius monuit ut i
eo spem non moturos quicq̄ Etruscos ponerent si nequid mouere pos
sent precauisset. De Tarentinis inde magna contentioe i Senatu a
ctum coram Fabio defendente ip⁹ quos ceperat armis alius infen
sis & pleriscq̄ equantib⁹ eos Campanoq̄ noxe peneq̄ S. C. in sen
tentiam M. Acilii factum est Vt oppidū presidio custoduretur
Tarentiniq̄ omes intra menia continerentur. Res integra postea
referretur cū tranquillior status Italię esset. Et de M. Liuio pre
fto arcis Tarentinę haud minore certamine actū est Aliis sentē
tiis notantib⁹ p̄fectum quod euius secordia Tarentū proditum ho
sti esset Aliis premia decernentib⁹ quod per quinquennū arcem
tutatus esset maxieq̄ unus eius opa receptū Tarentū foret. Medius
ad Censores nō ad Senatum notionē de eo ptinere dicentib⁹ Cui
sententię & Fabius fuit Adiecit tn fateri se opa Liuii Tarentum re
ceptum quod amici eius uulgo in Senatu iactassent neq̄ eim re
cipiendum fuisse nisi amissum foret Consulū alter Quintius Cri
spinus ad exercitum quem Q. Fuluius Flaccus habuerat cū supple
mento in Lucanos est profectus. Marcellum alie atq̄ alie obiecte
ao religiones tenebant in quib⁹ quod cū bello Gallico ad Castidi
um edem Honori & uirtuti uouisset dedicatio eius a Pontificibus
impediebatur quod negabant unam cellam duob⁹ recte dedicari

notio nō.

Vnā cellam ad uob⁹ recte dicari nō posse

Virtutis ædes

quia si de celo tacta aut prodigii aliquid in ea factum esset diffici
lis procuratio foret quod utri deo diuina res fieret sciri nō posset
Neq. ēim duobꝰ nisi certis deis rite una hostia fieri Ita addita ui
tutis edes approperato opere neq. tamen abipō edes eę dedicatę sūt
Tum demum ad exercitum quem priore anno Venusię reliquerat
cū supplemento proficiscitur. Locros in Brutiis Crispinus oppu
gnare conatus quia magnam famam attulisse fabio Tarentum fe
rebatur omē genus tormentorū machinarūq. que ex Sicilia ar
cessierat & naues indidem accitę erant que uergentem ad mare
partem urbis oppugnarent Ea omissa oppugnatio est quia Laci
nium Annibal admouerat copias & Collegam eduxisse iam a Ve
nusia exercitum fama erat cui cōungi uolebat Itaq. ī Apuliam
ex Brutiis reditum est & inter Venusiam Bantiamq. minus tri
um milium passuum interuallo Cons. binis castris consederant
In eandem regionem & Annibal rediit auerso a Locris bello Ibi am
bo Cons. ingenio feroces prope quotidie milites in aciem excire haud
dubie spei si duobꝰ exercitibꝰ consularibꝰ unctis cōmisissent sese
hostes debellari posse. Annibal quia cū Marcello bis priore anno
congressus uicerat uictusq. erat ut cū eodem si dimicandū foret nec
spem nec metum ex uano haberet Ita duobꝰ Cons. haud quaq̄ sē pa
rem futurum credebat Itaq. totus ī suas artes ūsus insidiis locū
querebat Leuia tn̄ prelia inter bina castra uario euentu fiebant
Quibꝰ cum extrahi æstatem posse Cons. crederent nihilominus oppu
gnari Locros posse rati L. Cintio ut ex Sicilia Locros cū classe traii
ceret scribunt. Et ut a terra menia quoq. oppugnari possent a Ta
rento partem exercitus que in presidio erat duci eo iusserunt Ea
ita futura per quosdam Thurinos compta Annibali cū essent
mittit ad insidendam a Taranto uiam Ibi sub tumulo petellie eq
tum duo: peditū tria milia ī occulto locata: in que inexplorato eun
tes Romani cū incidissent ad duo milia armatorū cesa & mille
& cc. ferme uiui capti. Alii dissipati fuga per agros saltusq. Tare
tum redierē Tumulus erat syluestris inter punica & Romana ca
stra a neutris primo occupatus quia Romani qualis pars eius
que uergeret ad hostium castra esset ignorabant Annibal insi
dis q̄ castris aptiorem eum crediderat Itaq. nocte ad id missas ali
quot Numidarū turmas medio in saltu condiderat quorū inter

indidem

Lacinii op.

primo

du nemo ab statione mouebatur ne aut arma aut ipi procul cō
spicerentur. Fremebant uulgo i castris Romanis occupandum eū
locum esse & castello firmandū ne si occupatus ab Annibale fo
ret. uelut i ceruicib⁹ haberent hostem. Mouet ea res Marcellum:
& College! Quin imus inquit ipi cū equitib⁹ paucis exploratū
subiecta res oculis nris certius dabit consilium. Consentiente Cri
spino cū equitib⁹ cc: & xx ex quib⁹ xl. Fregellani ceteri Etrusci
erant proficiscuntur. Sequuti M. Marcellum Trib. mil: Consulis
filius & A. Manlius: simul & duo pfecti socium L. Arrennius &
M. Aulius. Imolasse eo die quidam prodidere memorie cons: Mā
cellum: & prima hostia cesa uetur sine capite inuentum: i secunda
omia comparuisse/quę assolent. Auctum etiam uisum i capite: nec
id sane Aruspici placuisse: quod secundum trunca & turpia exta/
nimis leta apparuissent. Ceteq cons: Marcellum tanta cupidi
tas tenebat dimicandi cum Annibale ut nunq̄ satis castra castris
collata crederet. Tum quoq. uallo egredien⁹ signum dedit ut ad
locū miles esset paratus ut si colli⁹ in quem speculatum irent, pla
cuisset. Vasa colligerent ac sequerentur. Exiguum campi ante
ea castra erat: inde in collis apta undiq. & conspecta ferebat uia.
Numida speculator nequaq̄ in spem tante rei positus: sed si quos
uagos pabuli aut ligno⁹ causa longius a castris progressos pos
set excipe: signum dat ut pariter a suis quisq. latebris exorientū
nō ante apparuere quib⁹ obuiis ab uugo ipo cōsurgendum erat:
q̄ circūiere qui ab tergo includerent uiam: tū undiq. omēs exorti
& clamore sublato impetum fecerunt. Cum in ea ualle cons: esset
ut neq. euadere possent in uugum occupatum ab hoste: nec recep
tum ab tergo circumuenti haberent. extrahi tn diutius certamen
potuisset. ni cepta ab Etruscis fuga pauorem ceteris iniecisset. Nō
tamen omisere pugnam deserti ab Etruscis Fregellani donec in
tegri cons: hortando ipiq. ex parte pugnando rem sustinebant.
Sed postq̄ uulneratos ambos cons: Marcellum etiam transfixū
lancea prolabentem ex equo moribundū uidere. Tum & ipi: per
pauci autem supererant: cum Crispino consule duob⁹ iaculis icto
& Marcello adolescente/saucio & ipo/effugerūt. Interfec. A. Mā
lius Trib. mil: & ex duob⁹ prefectis socium M. Aulius occisus:
Arrennius captus. Et littores Consulum quinq. uiui in hostium

Immolatio marcelli qua sibi fatorum
interitus significatur

. Marcelli mors .

potestatem uenerunt. Ceteri aut interfecti aut cū Cōs. effugerūt
Equitū tres & xl. aut i prelio aut ī fuga ceciderūt. Duo de xx.
capti uuu Et tumultuatū i castris fuerat ut Cons. irent subsi
dio: cū Cons. & filiū alterius Consulis sauciosq. infe
licis expeditionis reliquias ad castra uenientes cernunt. Mors
Marcelli cū alioquin miserabilis fuit. tū quod nec pro etate ma
ior iam enim lx. annis erat. neq. pro ueteris prudentia ducis
tā īprouide isset. Collegamq. prope totam remp. i preceps dede
rat. Multos circa unā fem ambitus fecerim/sique de Marcel
li morte uariant auctores omia exequi uelim. Vt omittā alios
C. Lelius triplicē rei gestę ordinem edit. Vnam traditam fama:
alteram scriptā laudatiōe filii qui rei gestę interfuit. tertiam
quam ipe pro inquisita ac sibi cōpta affert. Cetery ita fama ua
riat: ut tn pleriq. loci speculandi cā castris egressum omes insi
dijs circumuentum tradant. Annibal magnum terrorem hosti
bus morte Consulis unus uulnere alterius iniectū esse ratus ne
cui deesset occasioni: castra in tumulū in quo pugnatū erat exte
plo transfert. Ibi inuentū Marcelli corpus sepelit. Crispinus &
morte Collegę & suo uulnere territus silentio insequentis no
ctis profectus quos proximos nactus est montes. in is loco
alto & tuto undiq. castra posuit. Ibi duo duces sagaciter mo
ti sunt: alter ad inferendam: alter ad cauendam fraudem. Anu
lo Marcelli simul cū corpore Annibal potitus erat. Eius signi
errore: necui dolus necteretur a Peno metuens Crispinus cir
ca ciuitates proximas miserat nuntios occisum Collegam ee:
anuloq. cuis hostem potitum: nequib ītis crederent nomie
Marcelli compositis. Paulo ante hic nuntius Consulis Sala
piam uenerat cū littere ab Annibale allatę sunt Marcelli no
mine compositę se nocte que diem illum sequutura esset Sala
piam uenturum: parati milites essent q in presidio erant si qua
opa eoy opus esset. Sensensere Salapiani fraudem & ab ira
nō defectionis modo sed etiam eqtum interfectoy ratiō occa
sionem supplicii patere. misso retro nuntio: pfuga aūt Roma
nus erat: ut sine arbitro milites que uellent agerent oppidanos
per muros urbisq. opportuna loca i stationib disponūt. Cu
stodias uigiliasq. in eam noctem intentius instruunt circa por

Fraus hannibalis de ītis marcelli anulo obsignandis: & pro eius dolus prenuntius

Salapiani

tam qua uenturum hostem rebantur quod roboris in presidio erat op
ponunt. Annibal quarta uigilia ferme ad urbem accessit. Primag
munis erant perfugę Romanoꝝ & arma Romana habebant. Ii
ut ad portam est ūentū latine omēs loquentes excitant uigiles: a
peririq, portam iubent. Consulem adesse. Vigiles uelut ad uocem
eoꝝ excitati tumultuari trepide moliri porta cataracta, clau
sa erat. Eam partim uectibꝫ leuant partim funibꝫ subducunt in tā
tū altitudinis ut subire recti possent. Vix dū satis patebat iter quom
perfugę certatim ruunt per portam & cū dc. ferme intrassent re
misso fune quo suspensa erat cataracta magno sonitu cecidit. Sala
piani: alii pfugas negligenter ex itinere suspensa humeris ut inter
pacatos gerentes arma inuadūt. Alii e turri eius porte muriscq, sa
xis sudibus pilis absterrent hostem. Ita inde Annibal sua & ipe
fraude captus abiit: profectusq, ad Locroꝝ soluendam obsidionē
quam Cintius summa ui operibꝫ tormentoꝝq, omi gne ex Sicilia
aducto oppugnabat Magoni iam haud ferme fidenti retenturū
defensurumq, urbem. prima spes morte nuntiata Marcelli adfui
sit. Secutus inde nūtius Annibalem Numidaꝝ equitatu premisso
ipm quantū accelerare posset cū peditū agmine sequi. Itaq, ubi p'
mū Numidas edito e speculis signo aduentare sensit & ipe pate
facta repente porta ferox ī hostes erumpit. Et primo magis quia
iprouiso id fecerat q̄ quod par uiribꝫ eet anceps certamen erat. De
inde ut superuenere Numide tantus pauor Romanis est iniectus
ut passim ad mare ac naues fugerent. relictis operibꝫ machinisq,
quibꝫ muros quatiebant. Ita aduentu Annibalis soluta Locroꝝ ob
sidio est. Crispinus postq̄ in Brutios profectū Annibalem sensit ex̄
citū cui Collega prefuerat M. Marcellū Trib. mil. Venusiam ad
ducere iussit ipe cū legionibꝫ suis Capuam profectus uix lecti ce exca
gitationem pre grauitate uulneꝝ patiens Romam ītās de mō
te Collegę scripsit quantoq, ipe in discrimine esset. Se comitioꝝ
causa non posse Romam uenire quia nec uię laborem passurus
uideretur. Et de Tarento sollicitus esset ne ex Brutiis Annibal eo
conuerteret agmen. Legatos opus ee ad se mitti uiros prudentes
cū quibꝫ que uellet de rep. loqueretur. He ītes recitatę & magnū
luctum morte alterius Consulis & metū de altero fecerunt. Itaq,
Q. Fabium filium ad exercitū Venusiam miserūt. Et ad Consulem

† dejecta ‡ ceperunt

Cataracta

Sex iulius cesar
-L. licinius pollio
-L. cincius halimetus

tres legati missi Sex Iulius Cesar L Licinius Pollio L Cintius Hali
metus cū paucis ante diebs ex Sicilia rediisset Hi nuntiare Consuli
iussi ut si ad comitia ipe Romam uenire nō posset Dictatorem i
agro Romano diceret comitiorū cā si Consul Tarentū profectus eet
Q. Claudiū Pretorem placere in eam regionem inde adducere le
giones i qua plurimas sociorū urbes tueri posset Eadem estate Va
lerius cum classe Centum nauiū ex Sicilia in Africam trāsmisit
& ad Clupeam urbem excursione facta agrum late nullo ferme
obuio uastauit Inde ad naues raptim predatores recepti quia repē
te fama accidit classem punicam aduentare Lxxx erant & tres
naues cū his haud procul Clupea prospere pugnat Romanus De
cem & octo nauibs captis fugatis aliis cū māgna nauali terrestriq
preda Lilybeum redit Eadem estate & Philippus implorantibs
Acheis auxilium tulit quos & Machanidas Tyrannus Lacede
moniorū finitimo bello urebat Et Etholi nauibs per fretū quod Nau
pactum & Patras interfluit Rhion incole uocant exercitu traiecto
depopulati erant Attalum quoq. Regem Asye quia Etholi sūmū
gentis sue magistratum ad eum proximo consilio detulerant fama
erat in Europam traiecturum Ob hoc Philippo i Greciam descendē
ti ad Lamiam urbem Etholi duce Physia qui Pretor i eum annum
cū absente Attalo creatus erat occurrerunt habebant & ab Attalo
auxilia secum & ferme mille ex Romana classe a Prefecō Sulpitio
missos Adūsus hunc ducem atq. has copias Philippus his prospero
euentu pugnauit multos admodum utraq. pugna occidit Inde cū
Etholi metū compulsi Lamie urbis menibs tenerent sese Philippus
ad Phalaram exercitum reduxit i Miliaco sinu is locus est quondā
frequenter habitatus propter egregium portum tutasq. circa stati
ones & aliam opportunitatē maritimam terrestremq. Eo legati a
Rege Egypti Ptholomeo Rhodiusq. & Atheniensibs & chiis uenerūt
ad dirimendum inter Philippum atq. Etholos bellum Adhibitus
ab Etholis ex finitimis pacificator Aminander Rex Atamanum
Omīum autem nō tanta prō Etholis cura erat ferociorisq. pro inge
nius Grecorū gentis q̄ ne Philippus regnūq. eius rebus Greciē gra
ue libertati futurum imiscerentur De pace dilata consultatio est in
consilium Acheorū Consilioq. ei & locus & dies certa indicta Inte
rim xxx diez inducie impetrate Profectus inde Rex per Thes

Clupea urbs africe

octoginta et tres. nō.

Bellum cum philippo
Machanidas tyrannus lacede
monius

Rhion mare.

∴ hostiū

saliam Boetiamq, Calcidem Euboeę uenit ut Attalum quem classe petiturum Euboeam audierat portubus & littoꝝ appulsu arceret Inde p̄sidio relicto aduersus Attalum si interim traiecisset Profectus ipē cum paucis equitum leuis armature Argos uenit ibi cu ratione Hereoꝝ Nemeoꝝq suffragiis populi ad eum delata quia se Macedonum Reges ex ea ciuitate oriundos referunt Hereis pactis ab ipō ludicro extemplo Rhium profectus est ad dictum multo ante sociꝝ cōsilium Ibi de etholico finiendo bello actum est ne causa aut Romanis aut Attalo intrandi Greciam esset. Sed ea omia uixdum inducias tp̄re circumacto Etholi turbauere Postq̄ & Attalum Eginam uenisse & Romanam classem stare ad Naupactū nuduſ auduere. uocati ēim in cōsilium Acheoꝝ in quo eędem legationes erant quę ad Phaleram egerant de pace. primi questi sunt q̄dam parua contra fidem conuentionis tempore indutiaꝝ facta Postremo negarunt dirimi bellum posse nisi Messenis Achei Pilum redderent: Romanis restitueretur Athamanis Cordileo & Pleurato Archide. Enimuero indignum ratus Philippus uictos uictori ultro conditiones ferre Ne antea quidem se aut de pace audisse aut indutias pepigisse dixit spem nullam habentem quieturos Etholos sed ut omes socios testes haberet se pacis illos belli causam quesisse Ita infecta pace Consilium dimisit quattuor milib armatoꝝ reliquis ad presidium Acheoꝝ & quinq. longis nauib acceptis quassi adiecisset: misse nup ab se classi Carthaginensium & ex Bythinia ab Rege Prusia uenientib nauib statuerat nauali prelio lacessere Romanos iādu in ea regione potentes maris. Ipē ab eo consilio Argos regressus Iam enim Nemeoꝝ appetebat tempus Que celebrari uolebat presentia sua Occupato Rege apparatu ludoꝝ & per dies festos licentius q̄ intra belli tempora remittente aūm Sulpitius a Naupacto profectus classem appulit inter Sicyonem & Corinthum agrumq. nobilissime fertilitatis effuse uastauit fama cuius rei Philippum a ludis exemit raptimq. cū equitatu profectus ussisse subsequi peditib palatos passim per agros graues q preda ut qui nihil tale metuerent adortus Romanos compulit i naues Classis Romana haud quaq̄ leta preda Naupactum redit Philippus quoq. ludoꝝ qui reliqui erant celebritate quante cūq. de Romanis tum uictorie parte famam auxerat letitiaq

÷ regium

Nudius

Pilum op.

ingenti celebrati festi dies eo magis etiam quod populariter dempto
capitis insigni purpuraq. atq. alio regio habitu equauerat cetis
se in speciem quo nihil gratius est ciuitatibs liberis prebuissetq.
haud dubiam eo facto spem libertatis nisi omia intoleranda libi
dine feda ac deformi effecisset. Vagabatur enim cū uno aut alto
comite per maritas domos dies nocteśq. & submittendo se ipriua
tum fastigium quominus conspectus eo solutior erat & libertatē
cū alius uanam ostendisset totam i suam licentiā uerterat. Neq.
enim omia emebat aut eblandiebatur sed uim flagitiis adhibebat
periculosumq & uiris & parentibs erat morā icommoda seueri
tate libidini regie feciśe Vni etiam principi Acheoꝝ Arato ade
pta uxor nomine Polycratia ac spe regiaꝝ nuptiaꝝ in Mace
doniam asportata fuerat. Post hec flagitia solenni Nemeoꝝ
ludo peracto paucisq. additis diebs Dymas est profectus ad presidium
Etholoꝝ quod ab Eleis accitum acceptumq. in urbem erat eiciendum
Cycleadas penes eum sūma imperii erat Acheiq. ad Dymas Regi oc
currere & Eleoꝝ accensi odio quod a ceteris Acheis dissentirent &
infensi Etholis; quos Romanū quoq. aduersus se mouisse bellum cre
debant. Profecti a Dymis conuncto exercitu transeunt Larissum am
nem qui Eleum agrum a Dymeo dirimit. Primum diem quo fines
hostium ingressi sunt populando absumpserunt. Postero die acie in
structa ad urbem accesserunt. premissis equitibs qui obequitando
portas promptum ad excursiones genus lacesserent Etholoꝝ. Igno
rabant Sulpitium cum xv. nauibus a Naupacto Cyllenen traiecis
se: & expositis in terram quattuor milibs armatoꝝ silentio noctis
ne conspicuagmen posset intrasse Elim: Itaq. improuisa res ingen
tem iniecit terrorem. Postq̄ Romana signa atq. arma inter Etholos
Eleosq. cognouere. Et primo recipere suos uoluerat Rex. Deinde cō
tracto iam inter Etholos & Thrallis: Illyrioꝝ id est genus: certami
ne cum urgeri uiderent suos & ipe Rex cum equitatu in cohortem
Romanam incurrit. Ibi equus pilo traiectus cum prolapsum in ca
put Regem effudisset atrox pugna utrinq. accensa est & a Ro
manis impetu in Regem facto & protegentibs Regis: insignis
& ipius pugna fuit. cum pedes inter equites coactus esset preliū
inire: Deinde cum iam impar certamen esset. caderentq. prope
cum multi & uulnerarentur. raptus a suis atq. altero equo inie

Aratus Polycratia

Dime urbs

Larissus fl

Eleus ager

Elis urbs.

Thralles illiriorꝝ genus

Philippus prelio á romanis victus in fugam uertit

Phyrgū castellū eleoz

Eropus
Bachindū urbs macedonie

Menippus
polybius

Demetrada op. in thessalia

Orestis op. mac.
Argesteus campus in mac.

Rediit ad consules Quintius
& vrs rome gestas
L. manlius torquatus dictator

C. seruilius magr eq.

ctus est fugit. Eo die castra quinq. milia passuum ab urbe Eleoz po
suit. Postero die omis copias ad propinquū Eleoz castrum ca
stellum quod Phyrgum uocant duxit: quo agrestium multitu
dinem cū pecoribꝫ metu populationum compulsam audierat. ea
ī conditam inermemq. multitudinem primo statim terrore adue
niens cepit compensaueratq. ea preda quod ignominie ad Elin
acceptum fuerat. Diuidenti predam captuosq. (fuerant aūt quat
tuor milia hoūm: pecoz ꝫ omis qnīs ad milia xx) nuntius ex Ma
cedonia uenit: Eropum quendam corrupto arcis p̄sidiq. p̄fō: Bachī
dum cepisse tenere & Darsetioz quosdam uicos & Dardanos et
concire. Omisso igitur Acaico atq. Eolico bello relictis tn duobus
milibꝫ & quingentis omīs qnīs armatoz cū Menippo & Poly
phanta ducibꝫ & ad p̄sidium socioz profectus ab Dymis per
Achaiam Boetiamq. & Euboeam decimis castris Demetriadē
ī Thessaliam peruenit. Ibi alii maiorem afferentes tumultum
nuntii occurrunt. Dardanos ī Macedoniam effusos Orestide
iam tenere ac descendisse ī Argesteum campum famamq. inter
barbaros celebrem esse Philippum occisum: Expeditione ea qua
cum populatoribꝫ agri ad Sycionem pugnauit. In arborem illat
impetu equi ad eminentem ramum cornū alterū galee perfregit.
Id inuentū ab Etholo quodam: perlatumq. ī Etholiam ad Scerdile
um cui notum erat insigne galee famam interfecī Regis Sulpi
tius Eginam uulgauit. Post profectionem ex Achaia Regis Sul
pitius Eginam classe profectus cū Attalo sese coniunxit. Achei cū
Etholis Eleisq. haud procul Messene prospera pugnam fecerunt.
Attalus Rex & P. Sulpitius Egine hybernarunt. Exitu huius
anni T. Quintius Consul Dictatore comitioz ludoz q. faciendoz
cā dicto L. Manlio Torquato ex uulnere moritur. Alii Tarenti:
alii in Campania mortuum tradunt. Id quod nullo ante bello acci
derat. Duo Cons. sine memorando prelio interfecī uelut orbam remp.
reliquerant. Dictator Mallius Magrūm eq. C. Seruiliū qui tum
Edilis Curulis erat dixit. Senatus quo die primū est habitus ludos
magnos Dictatorem facere uissit quos M. Emilius Pretor urbis
C. Flaminio CN. Seruilio Cons. fecerat & in quinquennū uoue
rat. Tum Dictator & ludos fecit: & insequens lustrum uouit. Cete
cū duo Consulares exercitus tam prope hostem sine ducibꝫ essent

omnib⁹ alus omissis una precipua cura patres populūq; incessit Cons.
primo quoq; tempore creandi ut eos potissimū crearent quoꝝ uir
tus satis tuta a fraude punica esset cū toto eo bello damnosa pre
propera ac feruida ingenia Imperatoꝝ fuissent tum eo ipo anno
Cons nimia cupiditate cōserendi cū hoste manum in nec opinatā
fraudem lapsos esse. Ceteꝝ deos imortales miserios nois Roma
ni peperciſſe inoxiis exercitib⁹ temeritate ipoꝝ Consulū capitib⁹
damnasse Cum circūspicerent patres quos nā Consules facerent:
longe ante alios eminebat C. Claudius Nero ei Collega quereba
tur Et uirum quidem egregium ducebant sed promptiorem acri
oremq; q̄ tpra belli postularent aut hostis Annibal temperandū
acre ingenium cuis moderato & prudenti uiro aduncto Collega
censebant. M. Luuius erat multis annis ante ex Consulatu popli
iudicio damnatus: quam ignominiam adeo egre tulerat ut & rus
migraret & per multos annos & urbe & omni cetu careret ho
minum: Octauo ferme post damnationem anno M. Claudius
Marcellus & M. Valerius Leuinus Cons: reduxerūt eum in ur
bem: sed erat ueste obsoleta capilloq; & barba prolixa prisce re
ferens in uultu habituq; insignem memoriam ignominie acce
pte: L. Veturius & P. Licinius Censores eum tondere & squalo
rem deponere & i Senatum uenire fungiq; aliis publicis mune
ribus coegerunt. Sed tū quoq; aut uerbo assentiebat: aut pedib⁹
in sententiam ibat: donec cognati hominis eum ea M. Luii Ma
cati cū de fama eius ageretur stantem coegit i Senatu sente
tiam dicere: Tum ex tanto interuallo auditus conuertit ora ho
minum in se causamq; sermonib⁹ prebuit indigno iniuriam a
populo factam magnoq; id damno fuisse: quod tam graui bel
lo nec opera nec consilio talis uiri usa resp esset. C. Neroni neq;
Q. Fabium: neq; M. Valerium Leuinum dari Collegas posse: qa
duos patricios creari nō liceret. Eadem causa in T. Manlio ēe
preterq̄ quod recusasset delatum Consulatum: recusaturus q; ect.
egregium par Consulum fore si M. Luium C. Claudio Colle
gam adiunxissēt Nec populus mentionem eius rei ortam a pa
tribus est aspernatus. Vnus eam rem in ciuitate is: cui defereba
tur honos abnuebat: leuitatem ciuitatis accusans: sordidati rei
non miserios candidam togam inuito afferri: eodem honores

penasq. congeri si bonum utrum ducerent quid ita pro malo ac
noxio damnassent: quid ita male credito priore Consulatu alter
crederent. Hec taliaq. arguentem & querentem castigabant pres.
Et M furium memorantes revocatu de exilio patria pulsum sede
sua restituisse ut parentum seuitiam sic patrie patiendo ac feren
do leniendam esse. Adnisi omes cu C. Claudio Cons. M. Luuium
fecerunt. Post diem tertium eius diei Pretor Comitia habita Preto
res creati L. Portius Licinus. C. Manlius. C. Hostilius Consul: co
mitiis pfis: ludisq. fis Dictator & Magr eq magistratu abierunt.
C Terentius Varro in Etruriam pro Pretore missus ut ex ea proun
cia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum iret quem T. Quintius
Consul habuerat: & L. Manlius transmare legatus iret uiseretq.
que ibi gererentur. Simul quod Olympie ludicrum ea estate futu
rum erat quod maximo cetu celebraretur ut statuto hostem posset
adire id consilium ut qui Siculi bello ibi profugi aut Tarentini ci
ues relegati ab Annibale essent domos redirent. scirentq. omia sua
ius que ante bellum habuissent reddere po r. Quia periculosissimus
annus iminere uidebatur neq. Cons in rep. erant in Cons. designa
tos omes uersi q primu eos sortiri prouincias & presciscere q quis
eor provinciam quem hostem haberet uolebant. De reconcilia
tione & iam gre eor in Senatu actum est. Principio facto a Q. Fa
bio Maximo. Inimicitie aut nobiles inter eos erant: & acerbiores eas
indigniores q. Luio sua calamitas fecerat quod spretum se in ea for
tuna credebat. Itaq. is magis implacabilis erat & nihil opus esse reco
ciliatione aiebat acrius & intentius omia gesturos timentes ne cre
scendi ex se inimico Collegr potestas fieret. Vicit tamen auctoritas
Senatus ut positis simultatibs coi aio consilioq. administrarent remp.
Prouincie iis non pmixte regionibus sicut supioribs annis sed duæ
se extremis Italie finibus alteri adusus Annibalem Brutii Lucani:
Alteri Gallia adusus Hasdrubalem quem alpibus appropinquare
fama erat: decreta. Exercitum ex duobs qui in Gallia quiq. in Italia
Etruria essent addito urbano eligeret quem mallet qui Galliam
esset sortitus. Cui Brutii prouincia euenisset: nouis legionibus ur
banis scriptis utrius mallet Consulum prioris anni exercitum su
meret. Relictum aut a Consule exercitum Q. Fuluius Proconsul
acciperet eq i annum imperium esset & C. Hostilio cui pro Etruria

·C· claudius nero
·M· liuius salinator } cos·

·L· portius
·C· manlius } prores
·C· hostilius
Licinius

periculosissimus annus

1149

Tarentum mutauerat prouinciam pro Tarento capuam legio una da
ta est: cui fuluius proximo anno pfuerat. De Hasdrubalis aduē
tu i Italiam cura in dies crescebat. Massiliensium primū legati
nuntiauerāt eum i Galliam trāsgressum erectosq. aduentu eius
quia magnū pondus auri attuliſſe diceretur ad mercede auxi
lia conducenda Gallorū aīos. Missi deinde cū iis legati ab Ro
ma Sex Antistius & M Retus ad rem ispiciendam qui retu
lerūt misisse se cū Massiliensium ducibus qui per hospites eorū
principes Gallorū omia explorata referrent Pro compto habē
Hasdrubalem ingenti iam coacto exercitu proximo uere alpes
traiecturum: nec tum eum quicq̄ aliud morari: ni quod clause
hyeme alpes essent. In locū M. Marcelli L. Aquilius Petus Au
gur creatus inauguratusq. Et CN. Cornelius Dolobella Rex
sacrorū inauguratus est i locū M. Martii qui biennio ante mō
tuus erat. Hoc eodem anno & lustrum conditum est a Censori
bus P. Sempronio Tuditano & M. Cornelio Cetego. Censa ciui
um capita cxxxvii milia c. & viii: minor aliquanto nume
rus q̄ qui ante bellum fuerat. eo anno primū ex quo Annibal i
Italiam uenisset: Comitum rectū ee memorię proditū est: & lu
dos Romanos semel istauratos ab Edilibus curulibus Q. Metello
& C. Seruilio. Et plebeis ludis biduū instauratū est ab Q. Ma
lio & M. Ceculio Metello Edilibus plebis. Et tria signa ad cere
tis fidem dederunt & Iouis epulum fuit ludorū causa. Consula
tum inde ineunt C. Claudius Nero & M. Liuius iterū. Qui ga
iam designati prouinciis sortiti erant: Pretores sortiri iusserūt
C. Hostilio urbana iurisdictio euenit: addita & peregrina ut
tres i prouincias exire possent. Licinio Sardinia C. Manlio Sici
lia. L. Portio Gallia obuenit: Sūma legionū triū & xx: Ita per
prouincias diuisa: ut bine Consulū essent. Quattuor Hispania
haberet. Tres ptores: binas in Sicilia: Sardinia & Gallia. Duas
C. Terentius in Etruria. Duas. Q. Fuluius in Brutiis. Duas. Q. Clau
dius circa Tarentum & Salentinos. Vnam. C. Hostilius Tubulus
capuę. Due urbanę ut scriberentur. Primis quattuor legionib
populus Tribunos creauit. In ceteras Cons: miserunt. Priusquam
Cons: proficiscerentur Nouendiale sacrum fuit: quia Vebis de
cęlo lapidauerat. Sub unius prodigii ut fit mentionem alia q.

nuntiata Minturnis edem Iouis & lucum Marice Item Attelle mu
rum & porta de celo tactam Minturnenses terribilus quod eet
aduciebant Sanguinis riuum i porta fluxisse: Et Capue lupus
nocte portam ingressus uigilem laniauerat. Hec procurata
hostiis maioribo prodigia: & supplicio diem unu fuit. Et ex
decreto Pontificum iterum nouendiale istauratu quod i Armi
lustro lapidibo uisum pluere: libertas religione mentes turba
uit Rursus nuntiatu Frusinone isante natum ee quadrimo pa
rem: Nec magnitudine tam mirandum q qd is quoq. ut Sinues
se biennio ante incertus an mas an femina esset natus erat Id u
Aruspices ex Etruria accitu fedu ac turpe prodigium dicere
extorrem agro Romano procul terre contactu alto imergen
dum uiuu i aream condidere: prouectuq. i mare proiecerut De
creuere item Pontifices ut uirgines ter nouene per urbem eun
tes carmen canerent Id cu in Iouis Statoris ede discerent conditu
a Liuio poeta carmen tacta de celo edes i Auentino Iunonis Re
gine prodigiumq. id ad Matronas pertinere Aruspices cu respo
disset: donoq. duam placandam ee Edilu Curulium edicto in
Capitolium conuocate: quibo in urbe Romana: intraq. decimum
lapidem ab urbe domicilia essent: ipe inter se quiq. & xx. delege
runt ad quas ex dotibo stipem conferrent. Inde donum peluis
aurea facta: lataq. i Auentinu: pureq. & caste a matronis sacrifi
catum. Confestim ad aliud sacrificium eidem due a Decemui
ris edicta dies: cuius ordo talis fuit. Ab ede Apollinis boues fe
mine due albe porta Carmentali in urbem ducte. Post eas duo
signa cupressea Iunonis Regine portabantur: tu septem & x
x. uirgines longam indute uestem carmen i Iunonem Regi
nam canentes ibant. Illa tempestate forsitan laudabile rudibus
ingeniis: nuc abhorrens & inconditu si referatur. Virginum or
dinem sequebantur Decemuiri coronati laurea pretextatiq. A
porta Iugario uico i forum uenere. In foro pompa constitit Per
manus reste data. Virgines sonu uocis pulsu pedum modulantes
incesserunt. Inde uico Tusco Velabroq. per Boarium forum in ci
uum publicum atq. edem Iunonis Regine perrectum. Ibi due ho
stie a Decemuiris immolate & simulacra cupressea i edem illa
ta. Dis rite placatis delectum Cons. habebant acrius intentiusq.

Marice lucus.

Prodigia

Carmen á Liuio poeta conditu quod uirgines ter nouene canerent

Sacrificium Iunoni regine factum

Iugarius uicus

Tuscus uicus

150

q̄ prioribꝫ annis quisq̄ meminerat habitum. nam & belli terror dup
plicatus noui hostis in Italiam aduentu & minus iuuentutis erat
unde scriberent milites. Itaq. colonos etiam maritimos qui sa
crosanctam uacationem dicebantur habere dare milites coge
bant. Quibꝫ recusantibꝫ edixere i diem certam ut quo quisq. iu
re uacationem haberet ad Senatum referret. Ea die hi populi ad
Senatum uenerunt. Ostiensis. Alsiensis. Antias. Anxuras. Mintū
nensis. Sinuessanus & a supero mari Senensis. Cum uacationes
suas quisq. populus recitaret nullius cū in Italia hostis esset p̄
ter Antiatem Ostiensemq. uacatio obseruata est. Eaq. colo
niaq. iuniores iureiurando adacti supra dies xxx. nō p̄nocta
turos se ex̄ menia colonię suę donec hostis in Italia eēt. Cum
omnes censerent primo quoq. tempore Consulibꝫ eundēm ad bel
lum. nam & Hasdrubali occurrendum esse descendenti ab al
pibus ne Gallos Cisalpinos neue Etruriam erectam i spem rez no
uaq. sollicitaret & Annibalem suo proprio occupandum bello ne
emergeret ex Brutiis atq. obuiam fratri ire posset. Luuus conta
batur paq. fidens suaq. prouinciaq. exercitibꝫ. Collegam ex du
obꝫ Consularibꝫ exercitibꝫ egregius & tertio cui. Q. Claudius Tarē
ti p̄esset electionem habere intulerat q. mentionem de Volonibꝫ
reuocandis ad signa. Senatus liberam potestatem Consulibꝫ fecit &
supplendi unde uellent & eligendi de omnibꝫ exercitibꝫ quos uellent
p̄mutandiq. ex prouinciis quos e rep̄ censerent esse traducendi. Ea
omnia cu summa concordia Consulum acta. Volones un undeuicesi
mam & uicesimam legiones scripti magni roboris auxilia. Ex Hispa
nia quoq. a P. Scipione Luuio missa quidam ad id bellum auctores
sunt octo milia Hispanoq. Galloq. & duo milia de legionibꝫ mili
tum equitumq. mille dccc. mixtos Numidas Hispanosq. M. Lucre
tium has copias nauibꝫ adduxisse. Et sagittarioq. funditoq. ad
quattuor milia ex Sicilia. C. Manlium misisse. Auxerūt Romę
tumultū ire ex Gallia misse ab L. Portio Pretore Hasdrubalem mo
uisse ex hybernis & iam alpes transire. Octo milia Ligurum cōscripta
armataq. conuncturaq. se transgresso in Italiam ēe nisi mitteretur
in Ligures qui eos bello occuparet se cum inualido exercitu quoad
tutum putaret progressurum. Hę ire raptim confecto delectu ma
turuq. q̄ constituerāt exire in prouincias coegerunt ea mente ut

Sollicitare

uterq

uterq. Consulum hostem in suam pvuinciā continerent ut neq. cō
uungi neq. conferre in unū uires paterentur Plurimū in eam rem ad
uuuit opinio Annibalis quod & si ea ēstate transiturum in Italiam
fratrem crediderat recordando quę ipe in transitu nūc Rhodani nc
Alpium cū hominib locisq. pugnando per quinq. menses exhau
sisset haud quāq̄ tam facilem maturūq. transitū expectabat Ea tā
diuș mouendi ex hybernis cā fuit. Ceteq. Hasdrubali & sua & ali
oq. spe omia celeriora & expeditiora fuere. non ēim receperunt mō
Aruerni eum deincepsq. alie gallice atq. Alpine gentes: sed etiam
sequute sunt ad bellum: & cum per munita pleraq. transitu frūș que
antea inuia fuerant ducebat: tum etiā xii annoq. cōsuetudine per
uiis alpibus factis. inter mitiora iam hoium transibant ingenia. In
usitati nāq. antea alienigenis nec uidere ipi aduenam i sua terra
assueti omni gnī humano insociales erant & primo ignari quo
penus pergeret suas rupes suaq. castella & pecoq. houmq. predā
peti crediderant. Fama deinde punici belli quo xii annum Italia
urebatur satis edocuerat uiam tm alpis ee. Duas prevalidas urbes
magno inter se maris terraq. spacio diseretas de impio & opib
certare He cause aperuerūt Alpes Hasdrubali. Ceteq. quod cele
ritate ueneris profectum erat: id mora ad Placentiam dum frustra
obsidet magis q̄ oppugnat corrupit. Crediderat campestris op
pidi facilem expugnationem esse: & nobilitas Colonie induxerat
eum magnum se excidio euș urbis terrorem ceteris ratum inie
cturum. Non ipm solum ea oppugnatio impediit sed Annibalem
post famam transitus euș tanto spe sua celeriorem iam mouente
ex hybernis continuerat. Quippe reputantem nō solum q̄ lenta ur
bium oppugnatio esset sed etiam q̄ ipe frustra eandem illam Colonia
ab Trebia uictor regressus temptasset. Cons diuersis ueneribo profe
cti ab urbe uelut in duo pariter bella distenderant curas houm simł
recordantium quas primus aduentus Annibalis intulisset Italie clades
simul cū illa angeret cura quos tam propitios urbi atq. impio fore
deos ut eodem tpre utrobiq. resp prospere gererentur aduersa secundis
pensando rem ad id tpus extractam esse. Cum in Italia ad Transime
num & Cannas pcipitasset Romana resp prospera bella in hispania
prolapsam ante erexisse. Postea cum in Hispania alia super aliam cla
des duob egregiis ducib amissis duos exercitus ex parte delesset

insociales

obsidere
oppugnare
} Dra

distendere

151

multa ſecunda in Italia Siciliaq; geſta quaſſatam remp excepiſſe Et
ipm interuallū loci quod in ultimiſ terrarū oriſ alterū geminetur
bellum ſpacuum dediſſe ad reſpirandū. Nūc duo bella in Italia ac
cepta: duoſ celeberrimi noīs duceſ circūſtare urbem Romanam
& unum in locum totam periculi molem omē onuſ incubuiſſe:
qui eoꝝ prior uciſſet intra paucoſ dieſ caſtra cū altero iunctura
Terrebat & proximus annuſ lugubriſ duoꝝ Conſulum funeribꝫ.
His anxii curis hoīeſ digredientes in prouincias Conſ. proſequu
ti ſunt. Memorię prodītum eſt plenum adhuc ira īcuef M. Li
uium ad bellum proficiſcentem monenti Q. Fabio ne priuſq̄ qꝛ
nuſ hoſtium noſſet temere manū conſereret: reſpondiſſe. Vbi
primū hoſtium agmen conſpexiſſet: pugnaturum. Cū queretū
quę cā eſſet feſtinandi: aut ex hoſte egrēgiam gloriam inquit:
aut ex cuiꝫ uictiſ gaudiū meritū certe & ſi non honeſtum ca
piam. priuſq̄ Claudiuſ Conſul ī prouinciam ueniret per ex̄mū
finem agri Larinatiſ ducentē in Salentinoſ exercitū Annibalem
cū expeditiſ cohortibuſ adhortuſ. C. Hoſtilius Tubuluſ ī compōito
agmine terribilem tumultū intulit: ad quattuor milia hoīum oc
cidit. Nouem ſigna militaria cepit. Mouerat ex hybernis adfa
mam hoſtiſ. Q. fabius qui per urbeſ agri Salentini caſtra diſpo
ſita habebat ſtaq; ne cum duobꝫ exercitibꝫ ſimul cōfligeret An
nibal nocte caſtra ex agro Tarentino mouit atq; in Brutioſ con
ceſſit Claudiuſ in Salentinoſ agmen cōuertit. Hoſtiluſ Capuā
petens obuiuſ ad Venuſiam fit Conſuli Claudio. Ibi ex utroq; ex̄
citu electa peditū xl. milia duo milia & quingenti equiteſ qui
buſ Conſul adūſus Annibalem rem gereret reliquas copiaſ Ho
ſtiluus Capuam ducere iuſſus: ut Q. Fuluio Proconſ: traderet. An
nibal undiq; contracto exercitu: quem in hybernis aut ī preſidiis
agri Brutii habuerat ī Lucanoſ ad Grumentū uenit ſpe recipie
di oppida quę per metū ad Romanoſ defeciſſent. eodem a Ve
nuſia Conſul Romanus exploratis itineribꝫ contendit & mille
fere & quingentoſ paſſus caſtra ab hoſte locat. Grumenti meni
buſ prope iunctum uidebatur Penoꝝ uallum. quingenti paſſus
intererant. caſtra punica ac Romana interiacebat campus. colleſ
iminebant nudi ſiniſtro lateri Carthaginenſium: dextro Roma
noꝝ neutri ſuſpecti: quod nihil ſyluę: neq; ad inſidias latebraꝝ ha

C. hoſtilius tubulus hannibale fugat

Grumentum op. in lucanis

bebant. In medio campo ab stationib⁹ procurſantes certamina haud
ſatis digna dictu ſerebant. Id modo Romanū querere apparebat
ne abiret hoſtem paterętur. Annibal inde euadere cupiens totis u
ribus in aciem deſcendebat Tum conſul ingenio hoſtis uſus quo
minus in tam aptis collib⁹ timeri inſidię poterant quinq; cohorti
bus additis quinq; manipulis nocte iugum ſuperare & in aduē
ſis uallibus conſidere iubet exurgendi tp̄us ex inſidiis & aggre
di hoſtem T. Claudiū A. ſellum Trib. mil. & P. Claudiū p̄fectum ſo
cium edocet quos cū iis mittebat Ipe luce prima copias omes pe
ditum equitūq; i aciem eduxit Paulo poſt & ab Annibale ſignum
pugne propoſitū eſt clamorq; i caſtris ad arma diſcurrentiū ē
ſublatus inde equeſ pedeſq; certatim portis ruere ac palati per cā
pum properare ad hoſtes quos ubi effuſos Conſul uidit Trib. mil. ter
tię legionis C. Aruncleio imperat ut equites legionis quanto ma
ximo impetu poſſet in hoſtem emittat Ita pecoꝝ modo incompo
ſitos toto paſſim ſe campos fudiſſe ut ſterni obteriq; prius q̄ inſtru
antur poſſint Nondū Annibal e caſtris exierat cum pugnanti
um clamorem audiuit Itaq; exitus tumultu raptim ad hoſtem co
pias agit Iam primos occupauerat equites terror peditum etiā
prima legio & dextra ala prelii inibant Incōpoſiti hoſtes ut quēq;
aut peditū aut equitū caſus obtulit ita cōſerunt manus Creſcit
pugna ſubſidus & procurrentiū ad certamen numero augetur
pugnantesq; quod niſi i ueteri exercitu & duci ueteri haud fa
cile eſt inter tumultum ac terrorem inſtruxiſſet Annibal ni co
hortium ac manipuloꝝ decurrentium per colles clamor ab ter
go auditus metum ne includerentur a caſtris iniecisſet Inde pa
uor incuſſus & fuga paſſim fieri cepta eſt minorq; cedes fuit qa
propinquitas caſtroꝝ breuiorem fugam pculſis fecit Equites eīm
ab tergo inhērebant in transuersa latera inuaserāt cohortes ſecū
dis collibus uia nuda ac facili decurrentes tn̄ ſupra octo milia ho
minum occisa ſupra ſeptingentos capti ſigna militaria nouem a
dempta Elephanti quoꝝ nullus uſus in repentina ac tumultuaria
pugna fuit quattuor occiſi duo capti Et circa Romanoꝝ ſociorū q;
ductores ceciderunt Poſtero die penus quicunt Romanus i aciem
copias ductis poſtq̄ neminem ſigna contra efferre uidit ſpolia legi
ceſoꝝ hoſtium & ſuoꝝ corpora collata ſepelliri uſſit Inſequen

tibus continuus dieb aliquot ita instituit portis ut prope inferre signa
uiderentur donec Annibal tertia uigilia crebris ignib tabernacu
lisq. que pars castroz ad hostes uergebat & Numidis paucis
qui in uallo portisq. se ostenderent relictis profectus Apuliam
petere intendit Vbi illuxit successit uallo Romana acies & Nu
mide excomposito paulisper se i portis atq. uallo ostentauere:
frustratiq. aliq̃ diu hostes citatis equis agmen suoz assequunt
Consul ubi silentium i castris & ne paucos quidem qui prima lu
ce obambulauerat parte ulla cernebant duob equitib speculatu
i castra p̃missis. Postq̃ tuta oia satis ee exploratu est inferri sig
iussit Tantuq. ibi moratus dū milites ad predam discurrerent Re
ceptui deinde cecinit multoq. ante noctem copias reduxit Poste
ro die prima luce profectus magnis itineribs fama & uestigia
agminis sequens haud procul Venusiam hostem assequitur Ibi q̃
tumultuaria pugna fuit supra xx. milia Penoz cesa Inde noctu
nis montanisq. itinerib Penus ne locu pugnadi daret Metapo
tum petiit. Hanno inde (Is enim presidio eius loci p̃fuerat) in Bru
tios cum paucis ad exercitum nouum comparandu missus Anni
bal copias eius ad suas additis Venusiam retro quib uenerat itine
ribus repetiit atq. inde Canusiu procedit. Nunq̃ Nero uestigiis
hostis abstiterat & Q. Fuluium cu Metapontum ipe proficisce
retur i Lucanos ne regio ea sine presidio esset accessierat. Inter hec
ab Hasdrubale postqua a Placentie obsidione abscessit quat
tuor Galli equites duo Numide cū lris ad Annibalem missi quom
p̃ medium hostem totam ferme longitudinem Italie emensi es
sent dum Metapontum cedentem Annibalem sequuntur Incer
tis itineribs Tarentu delati a uagis per agros populatoribs Romanis
ad Q. Claudium Pr̃optorem deducuntur. Eum primo incertis implicā
tes responsis ut metus tormentoz admotus fateri uera coegit Edo
cuerunt lras ab Hasdrubale ad Annibalem ferre. Cum iis lris sic
erant signatis L. Virginio Trib. mil. ducendi ad Claudium Cons.
traduntur. Due simul turme Samnitium presidii ca misse. Qui ubi
ad cons: peruenerunt; lrq̃. lecte per interpretem sunt & ex capti
uis percontatio fca. Tum Claudius. Non id tempus esse reip. ratus
quo cōsiliis ordinariis prouincie sue quisq. finib per exercitus su
os cū hoste destinato a Senatu bellum gereret audendum ac nouā

Hannibal ad uerrsa á nerone supam

dum aliquid improuisum inopinatumq: quod ceptum nō minorem a
pud ciues q̄ hostes terrorem faceret perpetratum in magnam le
titiam ex magno metu uerteret. lr̄is Hasdrubalis Romam ad Se
natum missis simul & ipōs patres conscriptos quid pararet edo
cet: monet ut cum in Vmbria occursurū se Hasdrubal fratri scri
bat legionem a Capua Romam arcessant: dilectū Rome habeāt
exercitum Vrbanum ad Narniam hosti opponant. Hec Senatui
scripta premissi inde per agrum Larinatem Marrucinum Fere
tinum Frepucianū qua ducturus exercitū erat ut omēs ex agris
urbibusq. commeatus paratos militi ad uescendum in uiam de
ferrent equos iumentaq. alia producerent ut uehiculoꝝ fessis
copia esset Ipe de toto exercitu ciuiū sociorūq. quod roboris erat
delegit sex mil: peditum & mille equites: pronuntiat occupare
se in Lucanis proximam urbem Punicūq. in ea presidium uelle
ut ad iter parati omēs essent Profectus nocte flexit i Picenum
Et Consul quidem quantis maxis itineribꝫ poterat ad Collegā
ducebat Relicto Q Tacio legato qui castris preesset Rome non
minus terroris ac tumultus erat q̄ fuerat biennio ante cū castra
punica obiecta Romanis menibꝫ portisq. fuerant. neq. satis constabat
animis tam audax iter Cons laudarent uituperarent ne. apparebat
quo nihil iniquius est ex euentu famam habiturum. Castra prope
Annibalem hostem relicta sine duce cū exercitu cui detractum foret
ome quod roboris quod floris fuerat & Consulem i Lucanos oste
disse iter cum Picenum & Galliam peterent castra relinquentem nul
la alia re tutiora q̄ errore hostis qui ducem inde atq. exercitus pa
tem abesse ignoraret Quid futurum si id palam fiat & aut inseq
Neronem cum sex milibꝫ armatoꝝ profectū Annibal toto ex̄
citu uelit aut castra inuadere prede relicta sine uiribꝫ sine impio
sine auspicio. Veteres cuius belli dades duo Consules proximo ano
interfūi terrebant: & ea omia accidisse cū unus Imperator unus
exercitus, duos prope Annibales in Italia ee quippe & Hasdrubalē
patre eoꝝ Hamilcare genitum eque impigrum ducem per tot
in Hispania annos Romano exercitatum bello gemina uictoria
insignem duobꝫ Hispania concitatis ad arma Gallicis gentibus
multo magis q̄ Annibalem ipm gloriari posse Quippe in iis locis hūc
coegisse exercitum quibꝫ ille maiorem partem militum fame ac fri

Claudius nero é castris discedit ad collegam: ut ibi iunctus cum hasdrubale confligat

:: hostium in Italia esset. Hūc duo punica bella facta: duos ingentes exercitus

: ducibus cum clarissimis exercitibus deleris. Nam itineris quidem celeritate ex

gore que miſerrima mortiſ gñā ſunt amiſiſſent. Aducebant etiā
periti rerū Hiſpanię haud cum ignoto eo duce C. Neronem con
greſſurū ſed quem i ſaltu impedito dephenſus forte haud ſecus
quā puerum conſcribendis fallacibꝫ cōditionibꝫ pacis fruſtrat⁹
eluſiſſet. Omīa maiora ēt uero preſidia hoſtū: minora ſua metu
interprete ſemper ī deteriora īclinato ducebant. Nero poſtq̄ iā
tīm interuallū ab hoſte fecerat ut detegi cōſiliū Imperatoris in
ſpēm audacius re ipā tutuſ fuiſſe q̄ ſuum ad certam eoſ ſe ui
ctoriam ducere. Quippe ad quod bellū Collega nō ante q̄ ad ſacie
tatem ipīus peditū atq; equitū datę ab Senatu copię fuiſſent
maioreſ inſtructioreſq; q̄ ſi adūſus ipm Annibalem iret profe
ctuſ ſit eoſ ipoſ q̄ tuncūq; uirium momentū addiderint rem
omēm īclinaturos auditū modo ī acie. Nam ne ante audiretur
daturū operam alterū exercitū aduenisſe haud dubiam uicto
riam facturum. famam bellū conficere & parua mōta i ſpem
metūq; impellere aīoſ. Glorię quidem ex re bene geſta partē:
fructum prope omēm ipoſ laturoſ. Semper quod poſtremum
adiectum ſit id rem totam uideri traxiſſe. Cernere ipoſ quo cō
curſu qua admiratiōe quo fauore hoīum uter ſuū celebretur. Et
hercule p inſtructa omīa ordinibꝫ uirorū mulierūq; undiq; exa
griſ effuſorū inter uota & pces & laudeſ ibant. illoſ pſidia reip
uinduceſ urbiſ Romanę imperiiq; appellabant. i illorū armis
dexteriſq; ſuam & liberorū ſuorū ſalutem ac libertatē repoſitam
ēe. deoſ deaſq; pcabantur ut illiſ fauſtū uter felixq; pugna matu
ra ex hoſtibꝫ uictoria eſſet. et damnarentur ipi uotorū que pro
uiſ ſuſcepiſſent. ut quemadmodū ipi nūc ſolliciti proſequerentur
eoſ. Ita paucoſ poſt dieſ leti ouantibꝫ uictoria obuiam irent. Inui
tare inde proſe quiſq; & offerre & fatigare pcibꝫ ut q̄ ipiſ uum
tiſq; uſui eſſet ab ſe potiſſimū ſumerent. benigne omīa cumulata
dare. Modeſtia certare milites nequid ultrā uſum neceſſarium
ſumerent. Nihil morari. nec ab ſignis ſubſiſtere cibum capienteſ
diem ac noctem ire. uix quod ſatis ad naturale deſiderium cōpo
rum eſſet. quieti dare. Et ad Collegam premiſſi erant qui nuntia
rent aduentum percontarenturq; clam an palam interdiu an nocti
uenire ſeſe uellet. iiſdem an alius cōſidere caſtris. Nocte clam ingre
di melius uiſum eſt. Teſſera per caſtra a Liuio conſ. data erat. ut Iri

ī ſatis tutum eſſet. paucis milites alloquitur. Negat ullius consilium

Verba nerrie ad cohortandos milites: quos ſeu ad hoſtem ſe opprimendū ducebat

Teſſera

bunus Tribunum Centurio Centurionem eques equitem pedes pedi
tem acciperet. Neq enim dilatari castra opus esse ne hostis aduē
tum alterius Consulis sentiret Et coarctatio plurium in angu
sto tendentium facilis futura erat quod Claudianus exercitus
nihil fere preter arma secū in expeditionem tulerat Cetery in
ipo itinere auctum uoluntariis agmen erat offerentibꝫ sese
ultro & ueteribꝫ militibꝫ pfunctis iam militia & iuuenibꝫ quos
certatim nomina dantes siquoꝝ corporis species roburq. ui
rium aptū militię uidebatur conscripserat Ad Senam castra
alterius Consulis erant Quingentos inde ferme passus Has
drubal aberat Itaq. cum iam appropinquaret tectus montibꝫ
Nero substitit ne ante noctem castra ingrederetur. Silentio i
gressi a suis quisq. ordinis hominibꝫ in tentoria adducti cū
summa oūm letitia hospitaliter excipiuntur Postero die cō
silium habitum: cui & L. Portius Licinius Pretor adfuit. Ca
stra iuncta Consulum castris habebat & ante aduentū eoꝝ
p loca alta ducendo exercitum cū modo insideret angustos
saltus ut transitū clauderet mō ablatere aut tergo carperet
agmen ludificatus hostem omibꝫ artibꝫ belli fuerat Is tū in cō
silio aderat Multoꝝ eo inclinabant sententię ut dū fessum
uia ac uigilijs reficerent militem Nero simul & ad noscendū
hostem paucos sibi sumeret dies: tpus pugnę differretur. Ne
ro nō suadere modo sed suma ope orare instituit ne cōsilium
suum quod tutū celeritas fecisset temerariū morā do faceret
errore qui nō diuturnus futurus esset uelut torpentem An
nibalem nec castra sua sine duce relicta aggredi nec ad sequē
dum iter intendisse anteq̄ se moueat deleri exercitū Hasdru
balis posse redireq. i Apuliam. qui prolatando hosti spatium
det eum & illa castra prodere Annibali & aperire i Galliam
iter ut per ocium ubi uelit Hasdrubali cōiungatur Ex templo
signum dandum & exeundū i aciem abutendūq. errore ho
stium absentium presentiūq. dū neq. illi sciant cum pauciori
bus nec hi cū pluribꝫ & ualidioribꝫ rem cē. Consilio dimisso si
gnum pugne pponitur confestimq. i aciem procedunt Iam
hostes ante castra instructi stabant Moram pugne attulit qd
Hasdrubal prouectus ante signa cū paucis equitibꝫ scuta ue

Sena op. hodie senogallia

Strigosiores equi

tera hostium notauit que ante nō uiderat & strigosiores equos multi
tudo quoq. maior solita uisa est Suspicatus id quod erat receptui
propere cecinit ac misit ad flumen unde aquabantur ubi & ex
cipi aliqui possent & notari oculis siqui forte aduſtioris coloris
ut ex recenti essent simul circumuehi castra iubet specularicq.
num auctum aliqua parte sit uallum Et ut attendant semel bis
ne signum canant in castris Ea cum ordine omia relata essent
castra nihil aucta terrorem faciebant bina erant sicut ante aduen
tum Consulis alterius fuerant una L uui altera L. Portii: neutris
quicq̄ quo latius tenderetur ad munimenta adiectum. Illud uetere
ducem assuetūq. Romano hosti mouit, quod semel in pretoriis ca
stris signum bis in Consularibꝫ referebant cecinisse duos profecto
Cons. esse & quonam modo alter ab Annibale abscessisset cum
angebat minime id quod erat suspicari poterat tante rei frustra
tione Annibalem clusum & ubi dux ubi exercitus esset cū quo
castra collata haberet ignorare profectō haud mediocri clade ab
sterritum insequi non ausum magnopere ueteri ne pditis rebꝫ
serum ipe auxilium uenisset Romanisq. eadem iam fortuna in ita
lia que in Hispania esset Interdum trās suas ad eum nō puenisse
credere: interceptisq. iis Cons. ad se se opprimendum acceleraſſe.
His anxius curis extinctis ignibꝫ uigilia prima dato signo ut ta
cita uasa colligerent signa efferri iussit Intrepidatione & noctū
no tumultu duces parum intenti iter adseruare Alter i destinatis
iam inde ante animo latebris subsedit alter per uada nota Me
taurum flumen tranauit Ita desertum a ducibꝫ agmen primo per
agros palatur fessiq. aliquot somno ac uigilis sternunt corpo
rā passim atq. infrequentia relinquunt signa Hasdrubal dum lux
uiam iam ostenderet ripa fluminis signa ferri iubet & per tor
tuosi amnis sinus flexusq. cum errore uoluens haud multū proces
sisset ubi prima lux transitum opportunū ostendisset transitur'
erat sed cum quantū a mari abscedebat tanto altioribus coerce
tibus amnem ripis non inueniret uada, diem terendo spacium de
dit ad insequendum sese hosti Nero primum cū omi equitatu ad
uenit L. Portius deinde assequutus cū leui armatura Qui cum
fessum agmen carperent ab omi parte incursarentq. & iam omis
so itinere quod fuge simile erat' castra metari penus in tumulo

Tumulus hic hodie ꝙ hasdrubalis dr

ſuper fluminiſ ripam uellet aduenit Luuuſ peditum omnib co
pis nō itineri modo ſed ad cōſerendum extemplo p̄lium inſtru
ctiſ armatiſq. Sed ubi omeſ copiaſ conuunxerunt directaq. aciеſ
eſt Claudius dextro ī cornu Luuius a ſiniſtro pugnam inſtruit
media aciеſ p̄tori tuenda datur. Haſdrubal omiſſa munitiōe
caſtroꝝ poſtq̄ pugnandū uidit in prima acie ante ſigna elepha
toſ collocat: circa eōs leuo ī cornu adūſus M Luuium ſibi atq. Hi
ſpaniſ & ubi maxīe in uetere milite ſpem habebat ſumpſit Ligu
reſ ī medio poſt elephantos poſitu ſed longior q̄ latior aciеſ erat.
Gallоſ prominenſ collis tegebat Ea frōnſ quam Hiſpani tene
bant cū ſiniſtro Romanoꝝ cornu concurrit dextra omiſ ex̄
aciеſ extra p̄lium eminenſ ceſſabat: colliſ oppoſitus arcebat
Ne aut a fronte aut a latere aggrederentur Inter Luuium Haſ
drubalem ingenſ contractum certamen erat atrox cedeſ utriq
edebatur ibi duceſ ambo ibi parſ maior peditū eqtūq. Roma
noꝝ ibi Hiſpani uetuſ mileſ perituſq. Romanę pugnę & Ligu
reſ durū in armiſ genuſ eodem ūſi elephanti qui primo impe
tu turbauerant antē ſignanoſ & ſigna mouerant loco Deinde cre
ſcente certamine & clāmore impotenteſ iam regi inter duaſ aci
eſ ūſatri uelut ī certi quoꝝ eſſent haud diſſimiliter nauib gu
bernaculo uagiſ. Clauduſ quid ergo precipiti curſu tam longū
iter emenſi ſumuſ clamitanſ militibus cū in adūſum collem tru
ſtra ſigna erigere conatuſ eſſet Poſtq̄ ea regione penetrari ad ho
ſtem nō uidebat poſſe cohorteſ aliquot ſubductas e dextro cor
nu ubi ſtationem magis ſegnem q̄ pugnam futuram cernebat
poſt aciem circūducit & nō hoſtib modo ſed etiam ſuiſ inopi
nantib ī ſiniſtrum hoſtium latus incurrit tantaq. celeritas fu
it ut cū oſtendiſſent ſe ab latere ab tergo trucidantur Hiſpani
Ligureſq: & ad Gallоſ iam cedeſ peruenerat Ibi minimū certami
niſ fuit nam & parſ magna ab ſignиſ aberat nocte lapſi ſtratiq.
ſomno paſſim per agroſ & qui aderant itinere ac uigiliиſ feſſi
intolerantiſſima laboris corpora uix arma humeris geſtabant
Et iam dies medū erat ſitiſq. & calor hiantеſ cedendoſ capien
doſq. affatim prebebat Elephanti plureſ ab ipis rectoribus q̄ ab
hoſte interfecti fabrile ſcalprum cum malleo habebant Id ubi
ſeuire belue ac ruere ī ſuoſ ceperant magr inter aureſ poſitum

Claudium gallos opponit haud tantum eis fidens quantu ab hoſte timeri eos credebat. Ipse ſiniſtrum cornu aduerſus

mox in terga iam pugnarent: uta ex omnib partibus ab fron te ab latere

intolerantiſſima

Scalpū

Mos elephantos celeriter occidendj

ipa ī compage quia iungitur capiti ceruix quanto maximo poterat ictu
adigebat. ea celerrima uia mortis in tante molis belua inuenta erat
ubi regendi spem ui uicissent primusq. id Hasdrubal instituerat
Dux cum sepe alias memorabilis tum illa precipue pugna. Ille
pugnantes hortando pariterq. obeundo pericula sustinuit Ille fes
tate metu nõ ultra pati Erectis expectatiõe patrib⁹ subiecerũt Co
lonias Latinas xii: que Q. Fabio & Q. Fuluio Cons. abnuissent mi
lites dare: eas annum iã ferme sextũ uacationem militię quasi
honoris causa & beneficii habere cũ interim boni obedientesq. so
cii pro fide atq. obsequio imperii ro. continuis oium annoꝝ dele
ctib⁹ exhausti essent Sub hanc uocem noua memoria magis pa
trib⁹ renouata rei prope iam oblitteratę est/q̃ ira irritata/taq. ni
hil prius referre Cons. passi decreuere ut Cons. magr̃atus denosq.
principes Nepete Sutrio Ardea Calib⁹ Alba Carseolis Sora Suessa : setia :
Circeis Nãnia Interãna. Eę nãq. Colonię in ea cã erant Romam ex
irent uis imperarent quantũ queq. earꝝ Coloniarꝝ militũ pluri
mum dedisset p. r. ex quo hostes in Italia essent duplicatũ eius
eius sume nũm peditum darent & equites centenos ucenos. Si qua
earꝝ nũm equitum explere nõ posset pro equite uno tres pedites
liceret dare Pedites equitesq. q̃ locupletissimi legerentur: mitte
rentq. ubicũq. extra Italiam supplemento opus eet si quis ex iis
recusarent retineri eius colonię Magr̃atus legatosq. placere ne
q. si postularent Senatũ dari prius quã impata fecissent Stipen
dium preterea iis colonus iii milia eris asses singulos imperari
exigiq. quotannis. Censũq. ĩ iis colonis agi ex formula ab Ro
manis Censoribus data Dare aũt placere eandem quã populo r. de
ferriq. Romam aburatis Censoribus Coloniarꝝ prius q̃ magr̃atu
abirent Ex hoc S. c. accitis Romam magr̃atib⁹ primoribusq. earꝝ
coloniarꝝ Cons. cũ milites stipendium q. impetrassent alii aliis ma
gis recusare ac reclamare Negare tm militum effici posse uix si
simplum ex formula imperetur enissuros orare atq. obsecrare

ut sibi Senatum adire ac deprecari liceret nihil se quare perire me
rito deberent admisisse. Sed si pereundū etiā foret neq. suū dele
ctum neq. uam p̄r. ut plus militū darent q̄ habent posse efficere.
Cons. obstinati manere Legatos Rome iubent. Magrātus ire do
mos ad delectus habendos Nisi sūma militum q̄ imperata cēt Ro
mam adducta neminē iis Senatum daturum Ita p̄cisa spe Senatū
adeundi deprecandi q. delectus ī his xii coloniis p̄ longam uacati
onem nūo uniorū aucto haud difficulter est profectus Altera ui
dem res prope eque longo neglecta silentio relata a M. Valerio Leui
no est qui priuatis collatas pecunias se ac M. Claudio Consule red
di tandem equum ēe dixit. Nec mirari quēq̄ debere ī publica ob
ligata fide suam precipuam curam esse nam preterq̄ quod aliqd
proprie ad Cons. eius anni quo collatę pecunię essent ptineret
etiam se auctorem ita cōferendi fuisse inopia erarii nec plebe ad
tributum sufficiente Grata ea pribus admonitio fuit iussisq. re
ferre Consulibus decreuerūt ut tribus pensionibus ea pecunia solue
retur primam presentem ii qui tū essent Duas tertii & quinti cōs
numerarent Omēs deinde alias curas una occupauit Postq̄ Locrē
sium clades quę ignotę ad eam diem fuerant Legatorū aduentu
uulgatę sunt nec tam Q. Pleminii scelus: q̄ Scipionis in eo aut ā
bitio aut negligentia uras hoūm irritauit Decem Legati Locren
sium obsiti squalore & sordibus ī Comitio sedentibus Cons. Locren
ses se dixerunt esse passos ea a Q. Pleminio Legato Romanis
q. militibus quę pati ne Carthaginenses quidem uelit populus r.
rogare uti sibi patres adeundi deplorandiq. erūnas suas potesta
tem facerent. Senatu dato maximus natu ex iis Scio inquit quā
ti estimentur nostrę apud uos querelę P. C. plurimū in eo momē
ti ēe si probe sciatis & quomodo proditi Locri Annibali sint & q̄
modo pulso Annibale is presidio restituti in ditionem uestram. qp
pe si & culpa defectionis procul a publico cōsilio absit/ & reditū
in nostram ditionem appareat non uoluntate solum sed etiam o
pere ac uirtute nostra/ magis indignemini bonis ac fidelibus socis
tam atroces atq. īdignas iniurias ab legato uestro militibus q. fie
ri. sed ego causam utriusq. defectionis nrē ī aliud tpūs differen
dam ābitror esse: duarū rerū gratia: unius ut coram P. Scipione
qui Locros recepit quiq. omniū nobis recte perperāq. factorū est

1 uelamenta supplicum ramos
olee / ut greeis mos est porrigentes
ante tribunal cum flebili uocife
ratione humi posuerunt. Que
ramibus consulibus
ORO Legati locrensium in
senatu de pleminij & militū
iniurijs querentes

testis agatur alterus quod qualescūq. sumus tamen hec que passi su
mus pati nō debuimus. nō possimus dissimulare p.c. nos cum presidi
um punicum in arce nra haberemus multa feda & indigna a pfco
psidii Hamilcare & a Numidis Afrisq. passos esse. Sed quid illa sūt
collata cū iis q̄ hodie patimur. cū bona uenia q̄so audiatis p.c. id
quod inuitus eloquar. In discrimine est nūc humanū genus utrū
uos an Carthaginenses principes orbis terraꝝ uideat Sed si ex iis
que Locrenses aut ab illis passi sumus aut a uestro psidio nūc cum
maxie patimur estimandum Romanum ac punicū impium sit: ne
mo nō illos sibi q̄ uos dominos poptet: & tn uidete quēadmodum Lo
crenses in uos animati sint. Cum a Carthaginensibꝫ iniurias multo
minores acciperemus ad uestrū impatorem confugimus. cū a uestro
presidio plus q̄ hostilia patiamur nusq̄ alio q̄ ad uos querelas de
tulimus aut uos respicientis perditas res nostras p.c: aut ne ab diis
quidem imortalibꝫ quod precemur quicq̄ supēest. Q. Pleminus le
gatus missus est cum psidio ad recipiendos a Carthaginensibꝫ Locros
& cū eodem ibi relictus est psidio. i hoc legato nīl (dant enim aūm ad
loquendum libere/ultime miserie) Nec hominis quicq̄ est p.c. preter
figuram & spēm: neq. Romani cuius preter habitum uestitusq. & so
num latine linque: pestis ac belua imanis. Quale fretum quondā
quo ab Sicilia diuidimur ad pniciem nauigantium circūsedisse
fabule ferunt: ac si scelus libidinemq. & auaritiam solus ipe ex
cere in socios uestros satis haberet unam profundam quidem uora
ginem tamen patentia nostra expleremus. Nūc omēs centuriones
milites q. uestros: adeo i promiscuo licentiam atq. improbitatem
esse uoluit: Pleminios fecit. omēs rapuunt spoliant uerberant uul
nerant occidunt costuprant matronas: fiunt in uirgines ingenu
as raptus ex complexu parentum: quotidie capitur urbs nostra:
quotidie diripitur: dies noctesq. passim omia mulier pueroꝝ q.
qui rapuntur atq. asportantur ploratibꝫ sonant. Miretur qui sciat
quō aut nos ad patiendum sufficiamus: aut illos qui faciunt nō
dum tantaꝝ iniuriaꝝ sacietas cepit'. neq. ego ex equi possum nec
uobis opus est audire singula que passi sumus'. cōmuniter omia am
plectar. neq. domū ullam Locris. nego quenq̄ hominem expertem i
urie esse. nego ꝗullum genus sceleris libidinis ac auarītie superes
se quod in eoꝝ ullo qui pati potuerint prtermissum sit. uix ratio uiri

nego

potest uter casus ciuitatis sit detestabilior cū hostes bello urbem cepe
an cum exitiabilis Tyrannus ui atq. armis oppressit. omia que ca
pte urbes patiuntur passi sumus & cum maxīe patimur P. C. omia
que crudelissimi atīn inportunissimi Tyranni sceleta ī oppssos ciues e
dunt Pleminus in nos liberosq. nros cōuges ep edidit. Vnum est
de quo nominatim & nos queri religio ifixa animis cogat & uos
audire & exoluere remp uestram religione si ita uobis uidebit
uelimus. P. C. Vidimus enim cū quata cerimonia nō solum uestros
colatis deos sed etiam externos accipiatis. Fanum est apud nos
Proserpine de cuius sanctitate templi credo aliquā famam ad uos
peruenisse Pyrrhi bello: qui cū ex Sicilia rediens Locros classe p
teruehereter inter alia feda que propter fidem nostram erga uos
in ciuitatē nostram facinora edidit Thesauros quoq. Proserpine in
tactos ad eam diem spoliauit atq. ita pecunia ī naues imposita
ipe terra est profectus. Quid ergo euenit P. C. classis postero die
fedissima tempestate lacerata omnesq. naues que sacram pecuniā
habebant in littora nra ejecte sunt qua tanta clade edoctus tandē
deos esse superbissimus Rex agnouit pecuniamq. omēm conquisitā
in thesauros Proserpine referrē iussit. nec tn illi unq̄ postea prospe
quicq̄ euenit pulsusq. Italia ignobili atq. inhonesta morte temere
nocte ingressus Argos occubuit. Hec cū audisset legatus dr Trib. q.
militum a mille alia quę nō augende religionis causa sed presen
tis dee numine sepe compta nobis maioribq. nostris referebamus:
ausi sunt nihilominus sacrilegas admouere manus intactis illis
thesauris & nefanda seipos preda ac domos contaminare suas &
milites uestros quibs per uos fidemq. uestram P. C. priusq̄ eoz sce
lus expietis neq. in Italia neq. i Africa quicq̄ rei gesseritis nequod
piaculi cōmiserunt nō solum suo sanguine sed etiam publica cla
de luant quāq̄ ne nūc quidem P. C. aut i ducibs aut i militibs uestris
cessat ira dee iam aliquotiens inter se signis collatis cōcurrerunt Dux
alterius partis Pleminus alterius duo Trib. militum erant non
acrius cum Carthaginensibs q̄ ipi inter se ferro dimicauerunt p
buissentq. occasionem furore suo Locros recipiendi Annibali ni ac
cutus a nobis Scipio interuenisset. At hercule milites contactos san
guine sacrilegio furor agitat: in ducibs ipis puniendis nullum dee
numen apparuit imo ibi presens maxīe fuit uirgis cesi Trib. able

gato sunt. Legatus deinde insidiis Trib. interceptus preterq̃ quod toto
corpore laceratus naso quoq; auribusq; decisis exanguis est relict⁹
Recreatus deinde ex uulneribꝫ legatus Trib. mil. in uincula con
iectos. deinde uerberibꝫ affectos seruilibꝫq; omibꝫ supplicijs cru
ciatos cruciando occidit. mortuos deinde prohibuit sepelliri. has
dea penas a templi sui spoliatoribꝫ habet. nec ante desinet omi
bus eos agitare furijs q̃ depoita sacra pecunia ī thesauris fuerit.
Maiores quondam nri grauj Crotonensium bello quia extra ur
bem templum est trasferre ī urbem eam pecuniã nolluerũt. nocte
audita ex delubro uox est. quod abstinerent manus deam sua
templa defensuram. Quia mouendi inde thesauros incussa erat re
ligio muro circũdare templũ uoluerũt. Ad aliquãtum iam altitu
dinis excitata erant menia cũ subito collapsa ruina sunt. Sed &
nc & tunc & sepe alias dea suam sedem suumq; templum aut tu
tata est aut uiolatoribꝫ grauia piacula exegit. Nostras iniurias nec
potest nec possit alius ulcisci q̃ uos P.C. Ad uos uestramq; fidem sup
plices cõfugimus. nihil nostra interest utrũ sub illo legato sub illo
presidio Locros esse sinatis an irato Annibali & Penis ad supplici
um dedatis. Non postulamus ut ex templo nobis de absente in
dicta causa credatis. ueniat coram. ipe audiat. ipe diluat si qcq̃
sceleris. quod homo ī hoies edere potest ī nos ptermisit. nõ recu
samus. quin & nos omia eadem itez si pati possumus patiamur
& ille omi diuino humanoq; liberetur scelere. Hec cũ ab legatis
dicta essent. quesissetq; ab iis Q. fabius detulissent ne eas querelas
ad P. Scipionem. responderũt. missos legatos esse. sed eum belli appa
ratu occupatũ esse & in Africam aut iam traiecisse aut post paucos
dies traiecturũ & legati grãm quanta esset apud Imperatorem ex
ptos esse. cũ inter eum & Tribunos cognita causa Trib. in uincula
coniecit. Legatum eque sontem aut magis etiam ī ea potestate re
liquerit. Iussis excedere extemplo legatis nõ Pleminius modo sed
etiam Scipio orationibꝫ lacerari. ante omes Q. Fabius natũ eum ad
corrumpendam disciplinam militarem arguere. Sic & in Hispania
plus prope seditione militum q̃ bello amissum externo & regio mo
re & indulgere licentię militum & seuire ī eos. Sententia deinde eq.
trucem orationi adiecit. Pleminiũ Legatum uinctũ Romam deporta
ri placere & ex uinculis causam dicere ac si uera forent. Locrenses q̃

Sententia. Q. fabij de
Scipione & Pleminio

rerentur in carcere necari bonaq; eius publicari P. Scipionē: quod de pro
uincia decessisset i iussu Senatus reuocari Agriq. cū Trib: pl: ut de im
perio eius abrogando ferrent ad populum. Locrensibꝫ coram Sena
tum respondere: quas sibi iniurias factas quererentur eas neq; Se
natum neq; po: r: uelle fcās: uiros bonos socios q; & amicos eos ap
pellari: liberos coniuges queq; alia erepta essent restitui Pecuni
am quanta ex thesauris Proserpinę sublata esset conquiri dupla
q; pecuniam in thesauris reponi & sacrum piaculare fieri ita ut pri
usq; ad collegium pontificū referretur quod sacri thesauri moti a
perti uiolatiq; essent que piacula quibꝫ diis quibꝫ hostiis fieri pla
ceret milites qui Locris essent omēs in Siciliam trāsportari quat
tuor cohortes sociorꝫ Latini nois in presidium Locros adduci Perro
gari eo die sententię accensis studiis pro Scipione & adūsus Scipi
onem nō potuere preter Pleminiꝫ facinus Locrensiumq; cladem
ipius etiam Impatoris nō Romanus modo sed ne militaris quidē
cultus iactabatur cū pallio crepidisq; inambulare i gymnasio libel
lis etiam eum palestreq; operam dare eque segniter molliterq; co
hortem totam Syracusarꝫ amenitate frui cārthaginē atq; Anni
balem excidisse de memoria exercitū omēm licentia corruptum
qualis Sucrone i Hispania fuerit qualis nec Locris socis magis
q; hosti metuendus Hec quāq; partim uera partim mixta eoq; si
milia ueris iactabantur Vicit tn Q. Metelli sententia qui de ce
teris maximo assensu de Scipionis cā dissensit Qui eim cōueni
re quem & modo ciuitas iuuenem admodū unum recuperāde
Hispanię delegerit Ducemq; recepta ab hostibꝫ hispania: ad im
ponendum punico bello finem: creauerit Consulem spe destinauē
rit Africam subacturum Annibalem ex Italia detracturum Eum
repente tanq; Q. Pleminium i dicta cā prope damnaturum ex pro
uincia reuocari: cū ea que in se nepharia fcā Locrenses quererē
tur: ne pnte quidem Scipione fcā dicerent: neq; aliud q; patientia
aut pudor: quod legato pepercissent ĩsimulari posset Sibi placere
M. Pomponium Pretorem cui Sicilia prouincia sorti euenisset tri
duo proximo in prouncia proficisci Cons. decem legatos quos ius
uideretur ex Senatu legeret quos cum Pretore mitteret & duos
Tribunos pl: atq; Edilem cū eo consilio cognoscere Pretorem si ea
que Locrenses facta quererentur iussu ac uoluntate P. Scipionis

190

facta essent ut eū de prouncia discedere uberet Si P. Scipio iam in Afri
cam traiecisset Trib plebis atq. Edilis cū duobꝰ legatis quos maxīe
Pretor ydoneos censuisset i Africam proficiscerentur Trib. atq. Edi
lis qui reducerent inde Scipionem legati qui exercitui preessent do
nec nouus imperator ad eum exercitum uenisset Sin M. Pomponi
& decem legati comperissent neq. iussu neq. uoluntate P. Scipionis
ea facta esse ut in exercitu Scipio maneret bellūq. ut proposuisset
gereret. Hoc fcō S.C. Trib pl. actum est ut compararet inter se aut
sorte legerent qui duo cū ptore ac legatis irent ad Collegium pon
tificum relatum de expiandis que Locris in templo Proserpine ta
cta uiolata clataq. inde essent Trib plebis cū Pretore & x. legatis
profecti M. Claudius Marcellus & M. Cintius Almintus Edilis
plebis datus est quem si aut in Sicilia Pretoris dicto audiens non
esset Scipio aut in Africam traiecisset prehendere Trib uberent ac
iure sacrosancte potestatis reducerēt Prius Locros ire q̄ Messanam
cōsilium erat Cetez duplex fama est quod ad Pleminium attinet
Alii auditis que Rome acta essent in exilium Neapolim euntem fō
te i. Q. Metellum unū ex legatis incidisse & ab eo Regium retractū
Alii ab ipo Scipione legatum cum xxx. nobilissimis equitum mis
sum qui Q. Pleminium i cathenas & cū eo seditionis principes cō
nicerent Ii omes seu ante Scipionis seu tū Pretoris iussu traditi in cu
stodiam Reginis sunt Pretor legatiq. Locros profecti primam si
cuti mandatum erat religionis curam habuere Omnem enim sacra
pecuniam: queq. apud Pleminum queq. apud milites erat conquisi
tam cū ea quam ipi secum attulerant i thesauris reposuerūt ac piacu
lare sacrum fecerunt Tum uocatos ad contionem milites pretor signa
extra urbem efferre iubet castraq. in campo locat cū graui edicto sigs
miles aut in urbe restituisset aut secum extulisset quod suum nō esset
Locrensibꝰ se pmittere ut quod suum quisq. cognosceret prehende
ret siquid nō compareret repeteret ante omia libera corpora place
re sine omi mora restitui: non leui defuncturum pena qui nō restituis
set Locrensium deinde contionem habuit atq. iis libertatem legesq.
suas po. r. Senatumq. restituere dixit Si quis Pleminum aliumue
accusare uelit Regium se sequeretur Si de P. Scipione publice
queri uellent ea que Locris nepharie i deos hoiesq. facta essent lega
tos mitterent Messanam Ibi se cū concilio cogniturum Locrenses

Pretor legatiq

Pretor legatiſq. a Senatu ac populo r. gratias egere. Se ad Pleminium accuſandum ituros. Scipionem quanq̃ parum inuuris ciuitatiſ ſue doluerit eum eſſe uirum que amicũ ſibi q̃ inimicũ mallent ee pro certo ſe habere neq. uiſſu neq. uoluntate P. Scipionis tot tam nefanda cõmiſſa. ſed aut Pleminio nimium aut ſibi parum creditũ aut natura inſitum quibuſdam ee ut magis peccare nolint q̃ ſatis animi ad uindicãda peccata habeant. Et pretori & conſilio haud mediocre onuſ demptum erat de Scipione cognoſcendi. Pleminiũ & alios xxx hoies cum eo damnauerunt atq. in cathenis R omã miſerunt. Ipi ad Scipionem profecti ſunt ut ea quoq. que uulgata ſermonibꝫ erant de cultu ac deſidia Impatoris ſolutaq. militie diſciplina compta oculis referrent. Romam Venientibꝫ iis Syracuſas Scipio res non uerba ad purgandum ſe preparauit. exercitum omem eo cõuenire claſſem expediri iuſſit. tanq̃ dimicandum eo die terra mariq. eſſet cum Carthaginenſibꝫ. Eo die quo uenerunt hoſpitio comiter accepti. poſtero die terreſtres naualesq. exercitus nõ inſtructos modo. ſed hos decurrentes claſſem in portu ſimulachrum & ipam edentem naualis pugne oſtendit. tũ circa armamentaria & horrea aliumq. belli apparatum uiſendum pretor legatiq. du cti tantaq. admiratio ſingulaꝝ unuerſaꝝq. reꝝ incuſſa: ut ſatis crederent aut illo duce atq. exercitu uinci Carthaginenſem populũ: aut alio nullo poſſe: uiderentq. quod dii bene uerterent. trauecti & ſpei concepte quo die illum omes centurie priorem Conſulem dixiſſent primo quoq. tpre compotem p. r. faceret. Adeoq. letis inde aĩs profecti ſunt. tanq̃ uictoriam non belli magnificũ apparatum nuntiaturi Romam eſſent. Pleminius quiq. in eadem cauſa erant. Poſtq̃ Romam eſt uentum extemplo in carcerem conditi ac primo p ducti ad populum ab Trib. apud preoccupatos Locrenſium clade animos nullum miſericordie locum habuerunt. Poſtero cũ ſepius p ducerentur iam ſeneſcente inuidia mõliebantur ire & ipa deformitas Pleminii memoriaq. abſentis Scipionis facilius eos ad uulgum conciliabat. Mortuus eſt tñ prius in uinculis q̃ iudicium de eo populi p̃ficeretur. Hunc Pleminium Clodius Licinius in libro tertio reꝝ Romanaꝝ refert ludis uotiuis quos Rome Africanus iteꝝ Conſul faciebat conatum per quoſdam quos ptio corruperat aliquot locis urbem incendere ut frangendi carceris fugiendiq.

haberet occasionem patefto dein scelere delegatu in Tullianum ex
S.C. De Scipione nunq̃ nisi in Senatu actum ubi omes legatiq & Trib classem eam exercitum ducemq uerbis extollentes effece runt ut Senatus censeret primo quoq tpre i Africam trajiciendu Scipioniq permitteretur ut ex iis exercitibs qui in Sicilia essent ipi liceret quos in Africam secum trajiceret quos prouincie relin queret presidio Dũ hec apud Romanos gererentur Carthaginẽ ses quoq cum speculis p promontoria omia positus percontantes pauentesq ad singulos nuntios sollicitam hyemem egissent haud paruum & ipi tuende Africe momentum adiecerunt societatem Syphacis Regis cuius maxime fiducia traiecturum i Africam Romanum crediderũt Erat Hasdrubali Giscgonis filio nõ hospi tium modo cũ Rege de quo ante dictũ est cum ex Hispania for te i idem tpus Scipio atq Hasdrubal conuenere sed mentio quoq incohate affinitatis ut Rex duceret filiam Hasdrubalis Ad eam rem cõsumandam tempusq nuptiis statuendum (iam enim & nubilis erat uirgo) profectus Hasdrubal ut accensũ cupidita te (& sunt ante ẽs Numide barbaros effusi in uenerem) sensit uirginem a Carthagine accessit maturatq nuptias & inter alia gratulationem ut publicũ quoq fedus priuato adiceretur so cietas inter populum Carthaginense Regẽq data ultro citroq fi de eosdem amicos inimicosq habituros iureiurando affirmant. Ceterq Hasdrubal memor & cũ Scipione inite Regi societatis & q̃uana & mutabilia barbarorq ingenia essent: ueritus ne si trai ceret i Africam Scipio paruum uinculũ eę nupte essent dum accensum recenti amore Numidam habet perpellit blanditiis q puelle adhibitis ut legatos in Siciliam ad Scipionem mittat p quos moneat ne priorib suis promissis fretus i Africam trajici at se & nuptiis ciuis Carthaginensis filię Hasdrubalis quem ui derit apud se i hospitio & publico etiam federe cũ populo Cartha ginensi iunctum hortari primũ ut procul ab Africa sicut adhuc fecerint bellum Romani cũ Carthaginensibs gerant: ne sibi in teresse certaminibs eorq armaq aut hec aut illa abnuentem alte ram societatem sequi necesse sit si non abstineat Africa Scipio & Carthagini exercitum admoueat sibi necessariũ fore & pro pa tria Africa i quam & ipe sit genitus & pro patria coniugis sue

Legati syphacis ad scipionem ne in africā trajiciant

proq. parente atq. penatibꝫ dimicare Cum his mandatis ab Rege
legati ad Scipionem missi Syracusis eū conuenerunt Scipio quā
q̄ magno momento rei i Africa gerendaꝫ magnaq. spe desti
tutus erat Legatis propere priusquā res uulgaretur remissis i
Africam trās dat ad Regem quibꝫ etiam atq. etiā monet eum ne
uiolare hospitii secum neu cum p r. inite societatis neu fas fidem de
xteras deos testes atq. arbitros conuentoꝫ fallat Ceteꝫ quan
do neq. celari aduentus Numidaꝫ poterat uagati enim in urbe
obuersatiq. pretorio erant Et si sileretur quid petentes uenissent
periculum erat ne uera eo ipo quo celarentur sua sponte magis
emanarent timorq. in exercitum incideret ne simul cū Rege &
Carthaginensibꝫ foret bellandum auertit a uero falsis elicitas p
occupando mentes hoium & uocatis ad concionē militibꝫ non ul
tra esse contandum aut istare ut i Africa q̄ primum trāiciat so
cios Regis Masanissam ipm prius ad Lelium uenisse querentem
qd contando tpus tereretur Nunc Syphacem mittere legatos ide
admirantē que tam diuturne more sit causa postulantemq. ut aut
trāiciatur tandem i Africam exercitus aut si mutata consilia sint
ut certior fiat & ipe sibi & regno suo posset consulere Itaq. satis iam
omibꝫ instructis apparatisq. & re iam nō ultra recipiente contionē
i aio sibi esse Lilybeum classe traducta eodēq. omnibꝫ peditum
equitūq. copiis contractis que prima dies cursum nauibꝫ daret de
is bene iuuantibꝫ i Africam trāicere Lās ad M. Pomponium mit
tit ut si ea uideretur Lilybeum ueniret ut coīter consulerent quas
potissimum legiones & quantū militū nūm i Africam trāiceret. Ite
circum oram maritimā misit ut naues onerarie comprehensę Lilybe
um omes contraherentur quicquid militum nauiumq. i Sicilia erat
cum Lilybeū conuenisset & nec urbs multitudine hoium nec portus
naues caperet tantus omibꝫ ardor erat i Africam trāiciendi ut nō
ad bellum duci uiderentur sed ad certa uictorie premia pcipue
qui superabant ex Cannensi exercitu milites illo nō alio duce cre
debant nauata reip opa finire se militiam ignominiosam posse. &
Scipio minus id genus militum aspernabatur ut qui neq. ad cānas
ignauia coꝫ cladem acceptam sciret neq. ullos milites eque uete
res in exercitu Romano esse exptosq. non uaris prelis modo sed
i urbibus etiam oppugnandis Quinta & Sexta Cannenses erant

legiones eas se traiecturum i Africam cū dixisset singulos milites inspe
xit reliquosq. quos nō ydoneos credebat i locū eoꝝ subiecit quos se
cum ex Italia accuerat suppleuitq. ita eas legiones ut singula se
na milia & ducenos pedites tricenos haberent equites. Sociorꝝ itē
Latini nois peditesq. equitesq. de exercitu Cannensi legit. Quan
tum militum i Africam transportatū sit nō paruo nūo inter auctо
res discrepat. Alibi x. milia peditum duo milia & cc equites. Alibi
xv. milia peditum mille & quingentos equites. alibi parū plus
dimidia rem auctam quiq. & xxx. milia peditum equitūq. in naues
impōita. Quidam nō adiecere nūm. Inter quos me ipe i re dubia
poni malui. Celius ut abstinet nūo ita ad imensum multitudinis
spem auget uolucres ad terram delapsas clamore militū aut tantaq.
multitudinē conscendisse naues ut nemo mortalium aut i Italia
aut i Sicilia relinqui uideretur. Milites ut i naues ordine ac sine
tumultu conscenderent ipe eā sibi curam sumpsit. Nauticos. C. Le
lius qui classis pfectus erat i naues ante cōscendere coactos cōtinu
it. Commeatus imponendi M. Pomponio Pretori curam dat quiq.
& xl. dieꝝ cibaria e quibꝫ xv. dieꝝ coacta impōita. Vt omnes
ita i nauibꝫ erant scafas circumisit ut ex omibꝫ nauibꝫ qubernato
res & magri nauium & bini milites i forum conuenirēt ad impia acci
pienda postq̄ conuenerūt primū abus quesiuit si aquam homi
umentiq. necessariam i totidem dies quot frumentum imposuis
sent: ubi responsum est aquam dieꝝ quinq. & xl. i nauibꝫ esse. Tum edi
xit militibꝫ ut silentium quieti nautis sine certamine ad misteria exe
quenda bene obedientes prestarent. Cum xx. rostratis se ac L. Scapi
onem ab dextro cornu ab leuo totidem rostratas & C. Lelium pre
fectum classis cū M. Portio Catone (Questor is tum erat) onerariis
futurum psidium. Lumina i nauibꝫ singula rostrate bina onerarie
haberent. In pretoria naue id insigne nocturnum triū luminum
fore. Emporia ut peterent qubernatoribꝫ edixit. fertilissimus ager
eoq. abundans omi copia rerꝝ est regio & imbelles quod plerūq.
euenit in ubere agro barbari sunt priusq. quoq. a Carthagine subue
nirtur opprimi uidebantur posse. Iis edictis impis redire ad naues
iussi & postero die diis bene iuuātibꝫ signo dato soluere naues. Mul
te classes Romane e Sicilia atq. ipo illo portu profecte erant. Ce
terꝝ nō eo bello solum nec id mirum predatum enim tantūmodo

VI & CC. pedites & tricenos equites Legio una.

Emporia op. af.

plereq; classes erant sed ne prior quidem ulla profectio tanti spe
ctaculi fuit quaq; si magnitudine classis estimaretur & bini cons
cũ binis exercitib; ante traiecerãt & prope totidem rostratę in illis
classib; fuerant quot onerarius Scipio tũ trauciebat nam pter xl.
naues longas quadringentis ferme onerariis exercitũ trauexit
sed & bellũ bello secundum priori ut atrocius Romanis uide
retur tum quod i Italia bellabatur tũ quod ingentes strages tot
exercituum simul cesis ducib; effecerant & Scipio dux partim
factis fortib; partim suapte fortuna quadam ingenti ad increm
ta glorię celebratus conuerterat aĩó simul & mens ipa traiiciendi
nulli ante eo bello duci temptata quod ad Annibalem trahendum
ex Italia transferendũq; & finiendum in Africa bellum trãsuerat
transire uulgauerat. Concurrebat ad spectaculũ in portu omnis tũ
ba nõ habitantiũ modo Lilybei sed legationum oĩum ex Sicilia
quę ad prosequendum Scipionem officii causa conuenerunt & pre
torem prouincię M. Pomponium sequuti fuerant Ad hoc legiones
quę in Sicilia relinquebantur ad psequendos cõmilitones proces
serant ne classis modo prospectantib; e terra sed terra omnis cir
ca referta turba spectaculo nauigantib; erat Vbi illuxit Scipio
e pretoria naue silentio per pretorem facto Dii deęq; inquit maria
terrasq; qui colitis uos precor quesoq; uti q̃ i meo impio gesta sũt
& geruntur postq; gerentur ea mihi populoq; & plebi Romanę
sociis nominiq; Latino qui p r quiq; meam sectam impium au
spicium q; terra mari amnib; q; sequuntur bene uertant. Eaq; uos
omia bene uuuctis bonis auctoribus assitis saluos incolumesq; uictis
pduellib; uictores spoliisq; decoratos preda onustos triumphantesq;
mecum domos reduces sistatis: inimicoz hostiũq; ulciscendoz copi
am faxitis queq; populos Carthaginenses in ciuitatẽ nãm facere
molitus est ea ut mihi p q; r in ciuitatẽ Carthaginẽsium exem
pla edendi facultatẽ detis. Secundũ has preces cruda exta cesam
uictimam uti mos est i mare proiecit tubaq; signum dedit profici
scendi Vento secundo satis uehementi profecti celeriter e conspectu
terrę ablatę sunt Et a meridie nebula occepat ita ut uix cõcursus
nauium inter se uitarent Lenior uentus i alto factus noctem inse
quentem eadem caligo obtinuit sole orto discussa est & addita
uis uentoz lam terra cernebant haud ita multo post T. Postumi'

Officiũ ꝙ honore

Verba & precs scipionis ad deos cum ea sicilia in africã soluens

gubernator Scipioni aut non plus quinq; milia passuum Africam abēe
Mercurii promontorium se cernere si iubeat eo dirigi tam i portu fo
re omēm classem. Scipio ut i conspectu terra fuit precatus deos uti
bono reip. suoq; Africam uiderit dare uela & alium ifra nauib; ac
cessum iubet petere & uento eodem ferebantur. Ceterum nebula sub
idem ferme tpūs quo pridie exorta conspectū terre ademit & uē
tus premente nebula cecidit nox deinde incertiora omia fecit Itaq;
anchoras ne aut inter se concurrerent naues aut terre iferrentur
iecere. Vbi illuxit uentus idem coortus nebula disiecta aperuit omia
littora Africe. Scipio quod esset proximū promontorium percōtat
cū promōtorium pulchri id uocari audisset placet omen īquit huc
dirigite naues & classis decurrit copiēq; omēs in terrā exposite
sunt. Prosperam nauigationē sine terrore ac tumultu p multis Gre
cis Latinisq; auctorib; credidi. Celsus unus preterq; quod nō mersas
fluctib; naues. Ceteros omēs celestes maritimosq; terrores. Postremo
abreptam tempestate ab Africa classem ad insulam Egimurum in
egre correptum cursum exponit & prope obrutis naulb; inussu im
peratoris scaphis haud secus q; naufragos milites sine armis cū ingen
ti tumultu in terram euasisse. Expositis copiis Romani castra in p
ximis tumulis metantur. Iam non i maritimos modo agros con
spectu primū classis deinde tumultu egredientium in terram pa
uor terrorq; peruenerat: sed in ipas urbes. neq; enim hoīum modo
turba mulierū puerorūq; agminib; imixta omēs passim compleuerat
uias sed pecoraquoq; prese agrestes agebant ut relinqui subito Afri
cam dicerēs. Vrbibus ipis maiorem q; quem secū attulerant terrorē
inferebant. Precipue Carthagine prope ut capte tumultus fuit. Nā
post M. Atilium Regulum & L. Manlium Cons annis prope L.
nullum Romanum exercitū uiderant preter predatorias classes
quib; descensiones in agros maritimos facte erant. raptisq; que
obuia sors fecerat. prius recursum semper ad naues q; clamor a
grestis concaret. fuerat. Eo maior tū fuga pauorq; in urbe fuit. &
hercule neq; exercitus domi ualidus neq; dux quem opponerēt
erat. Hasdrubal Giscgonis filius. gnē. fama. diuitiis. regia tum et
affinitate longe primus ciuitatis erat. sed eū ab illo ipo Scipione
aliquot prelis fusum pulsumq; i hispania meminerāt. nec magis
ducem duci parem q; tumultuarium exercitum suum Romano


Pulchri promontoriū in africa

Egimurus insula

exercitu esse. Itaq; uelut si urbem extemplo Scipio aggressurus foret
Ita ad arma est conclamatum porteq; raptim clause & armati in
muris uigilieq; & stationes disposite ac nocte insequenti uigila
tum est. Postero die d: equites speculatu ad mare turbandosq; egre
dientes ex nauib; missi in statiões Romanoꝝ inciderũt. Iá enim
Scipio classe Vticam missa ipe haud ita multum progressus a ma
ri tumulos proximos ceperat & equites i statiões locis ydoneis po
suerant & per agros miserat predatum. Ii cũ Carthaginensi equi
tatu prelium cũ comisissent paucos in ipo certamine pleroscq; fugie
tes persequuti i quib; pfectum quoq; Hannonem nobilem iuuenẽ
occiderunt. Scipio nõ agros modo circa uastauit sed urbem etiam
proximam Afroꝝ satis opulentam cepit ubi preter cetera que ex
templo i naues onerarias impoita missaq; i Siciliam erant octo mi
lia liberoꝝ seruoꝝq; capitum sunt capta. Letissimus tñ Romanus
i principio reꝝ gerendaꝝ aduentus fuit Masanisse: quẽ quidam
cum cc. haud amplius militib; equitib;: pleriq; cũ duum miliũ
equitatu tradunt uenisse. Ceteꝝ cum longe maximus omĩum e
tatis sue Regum hic fuerit: plurimũq; rem Romanã iuuerit. ope
repretium uidetur excedere paululum ad enarrãdum q̃uaria for
tuna usus sit i amittendo recuperãdoq; paterno regno. Militãte eo
pro Carthaginensib; i hispania pater eius moritur Gale nomen
erat. regnum ad frem Regis Desalcem per grãdem natu. mosita a
pud Numidas est peruenit. Haud multo post Desalce quoq; mor
tuo maior ex duob; filius eius Capusa puero admodũ altero pa
ternum impuum accepit. Ceteꝝ cum magis iure gentis q̃ auctori
tate inter suos aut uiribꝫ obtineret regnum extitit quidam Ma-
cetullus noĩe non alienus sanguine Regib; familie semp inimice
cus ac de impio uaria fortuna cũ iis qui tũ obtinebãt certantis.
Is concitatis populanib; apud quos inuidia Regum magne aucto
ritatis erat castris palam positis descendere Regem in aciem ac
dimicare de regno coegit In eo prelio Capusa cum multis principũ
cecidit. Gens Messuloꝝ omis in ditionem impuumq; Macetulli cõ
cessit. Regio tñ noĩe abstinuit contentusq; noĩe modico tutoris pue
rum Lacumacen qui stirpis regie supererat Regem appellat. Car
thaginensem nobilem feminam sororis filiam Annibalis que pro
xime Desalci Regi nupta fuerat i matrimonio sibi cõiungit spe

De Massinissa rege.

Gala
Desalces
Capusa
Macetullus
Lacumaces.



Bocchar rex maurorū

Tapsus urbs

carthaginensium societatis & cum Syphace hospitium uetustum le
gatis missis renouat omia ea auxilia preparans adūsus Masanis
sam. Et Masanissa audita morte patrui deinde necessariis patrue
lis ex Hispania i Mauritaniā Bochar ea tempestate Rex Mau
rorū erat traiecit Ab eo supplex infimis pcibus auxiliū itineri
quoniam bello nō poterat. quattuor milia Maurorū impetrauit. cū
ius p̄misso nuntio ad paternos suosq. amicos cū ad fines regni p
uenisset quingenti ferme Numide ad eū cōuenerūt. Igitur Mau
ris inde sicut conuenerat retro ad Regem remissis quāq̄ aliq̄
to minor spe multitudo nec cū qua tantam rem aggredi satis au
deret ratus agendo ac moliendo uires quoq. ad agendum aliqd
collecturum proficiscenti ad Syphacem Lacumace Regulo ad
Tapsum occurrit Trepidū agmen cū in urbem refugisset urbem Ma
sanissa primo impetu capit Ex regis alios tradentes se recepit:
alios uim parantes occidit pars maxima cū ipō puero inter tumul
tum ad Syphacem quo primū intenderat iter peruenerūt Fama
huiusmodi rei in principio rerū prospere actę conuertit ad Masanis
sam Numidas. Affluebantq. undiq. ex agris uicisq. uctores mili
tes Gale: incitabantq. iuuenem ad recuperādum paternum regnū.
nūo militum aliquantū Macetullus superabat: nam & ipe cum ex̄
citu quo Capusam uicerat & ex receptis post cedem Regis aliquot
habebat & puer Lacumaces a Syphace auxilia ingentia adduxe
rat: quindecim milia peditum Macetullo x. milia equitum erant:
quibꝫ cū Masanissa nequaq̄ tm̄ peditum equitumue habens acie
conflixit. Vicit tm̄ & uetere militum uirtus & prudentia inter Ro
mana & punica arma exercitati ducis. Regulus cū tutore & exi
qua Messullorū manu i Carthaginensium agrum pfugit. Ita recu
perato regno paterno Masanissa quia sibi aduersus Syphacem haud
paulo māiorem restare dimicationē cernebat: optimum ratus cum
fratre patruele gratiam reconciliare missis qui & spem puero face
rent si in fidem Massanisse sese p̄misissent futurum cum in eodem
honore quo apud Galam & Desalcem quondam fuissent & qui Ma
cetullo preter impunitatē sua omia cum fide restitui sponderent: am
bo preoptantes exilio modicam domi fortunam omia ne id fieret
Carthaginensibꝫ de industria agentibꝫ ad sese perduxit. Hasdrubal
tum forte cum hec gerebantur apud Syphacem erat qui Numide

haud sane multum ad se pertinere credenti utrum penes Lacumacen an
Masanissam regnū Messulorū esset: falli cum magnope aut si Masa
nissam eisdem contentū foret quibꝫ patrem Galam aut patruum
eius Desalcem credat: multo maiorem indolem i eo animi ingeniq; ēe
q̄ in nullo gentis eius unq̄ fuisset: sepe eum in hispania rare inter ho
mines uirtutis specimen dedisse socis pariter hostibusq: & Sypha
cem & Carthaginenses nisi orientem illū ignem oppressissent ingenti
mox incendio cum iam nullam opem ferre possent arsuros: adhuc
teneras & fragiles eius uires ēe uixdū coalescere fouenti regnum
Instando stimulandoq; peruicit ut exercitū ad fines Messulorū ad
moueat atq; in agro de quo sepe cū Gala non uerbis modo disce
ptatum sed etiam armis certatum fuerat tanq̄ haud dubie uiris
sui castra locet siquis arceat quod maxie opus sit acie dimicatu
rum Sin per metum agro cedatur i regnum medium eundum aut
sine certamine concessuros iditionem eius Messullos aut nequā
q̄ pares futuros armis. His uocibꝫ incitatus Syphax Masanisse
bellū infert & primo certamine Messullos fundit fugatq; Masa
nissa cū paucis equitibus i montem Balbum incole uocant pfugit
familie aliquot cū mappalibus pecoribꝫq; suis ea pecunia illis est
prosequuti sunt Regem Cetera Messullorū multitudo i ditionē
Syphacis concessit Quem ceperat exules montem herbidus aquo
susq; est & quia pecori bonus alendo erat boūm quoq; carne ac
lacte uescentium abunde sufficiebat alimentis Inde nocturnis p
mo ac furtiuis incūsionibꝫ deinde apto latrocinio infesta omia
circa esse maxie uri Carthaginensium ager quia & plus prede
q̄ inter Numidas & latrocinium tutius erat Iamq; adeo leniter
licenter eludebant ut ad mare deuectam predam uenderent mer
catoribꝫ appellentibꝫ naues ad id ipm Pluresq; q̄ iusto sepe i prelio
Carthaginenses cederentur caperenturq; Deplorabant ea apud Sy
phacem Carthaginenses ifensumq; & ipm ad reliquias belli pseque
das instigabant Sed uix Regium uidebatur latronem uagum in
montibꝫ consectari Bocchar ex pfectis regis uir acer & ipiger ad
id delectus. ei quattuor milia peditū data duo equitum premiorū q;
ingenti spe honoratus si caput Masanisse retulisset aut uiuum: id
uero inestimabile gaudium fore cepisset Is palatos incuriose q; agē
tes improuiso adortus pecorū q; atq; boūm ingenti multitudine a pre

Cohortatio hasdrubalis ad
sphacem de inferendo Masi
nisse bello

Balbus mons in messullia

Bocchar pfectus sphacis

sidio armatoꝝ excluſa Maſaniſſam ipm cū paucis in uerticē montis
compellit: inde prope iam ut debellato nec preda modo pecoꝝ hoūm
q. captoꝝ miſſa ad Regem: ſed copiis etiam aliquanto maioribꝫ
q̄ pro reliquiis belli remiſſis cū quingentis aut amplius peditibꝫ
degreſſum ugis Maſaniſſam proſequutus in ualle arcta faucibus
utrinq. obſeſſis incluſit Ibi ingens cedes Meſſuloꝝ facta. Maſa
niſſa cum L. haud amplius equitibꝫ per anfractus montibꝫ igno
toſ ſequentibꝫ ſeſe erupit eripuit. Tenuit tn ueſtigia Bocchar: ade
ptuſq. eum patentibꝫ campis prope Clupeam urbem circumuenit
ut preter quattuor equiteſ omeſ ad unum interficeret. Cum iis ipm
quoq. Maſaniſſam ſaucium prope e manibꝫ inter tumultū amiſit.
i cōſpectu erant fugienteſ: alę equitū diſperſę lato campo: quibuſ
dam occurreret per obliqua tendentibꝫ: Quacūq. hoſtes ſequebant.
amniſ ingens fugienteſ accepit: neq. eim contanter: ut quos ma
ior metus urgeret: imiſerant equos: raptiq. gurgite & i obliquū
relati duobꝫ in pruptum gurgitem i conſpectu hoſtiū hauſtis: ipe
periſſe creditus ac duo reliq equiteſ cū eo inter uurgulta ulteriorꝫ
ripe emerſerūt. Iſ finis Bocchari fuit ſequendi: nec ingredi flu
men auſo: nec habere credenti ſe iam quem ſequeretur: Inde uanus
auctor abſumpti Maſaniſſę ad Regem rediit: miſſiq. q Cartha
ginē gaudium ingens nuntiaret totaq. Africa fama mortis Ma
ſaniſſe repleta uarie aīos affecit. Maſaniſſa i ſpelunca occulta
cū herbis curaret uulnuſ duoꝝ equitū latrocinio per dieſ ali
quot uixit. Vbi primum ducta cicatrix: patiq. poſſe eſt uiſa
iactationem: audacia ingenti pergit ire ad regnum repetendum:
atq. i ipo itinere haud plus xl. equitibꝫ collectis cū in Meſſulos
palam iam quiſ eſſet ferens ueniſſet: tm motum cū fauore pri
ſtino tū gaudio iſperato quod quem periſſe crediderāt i columē
cernebāt: fecit ut intra paucos dieſ Sex milia peditum armatoꝝ
quattuor equitum conueniret: lāq. nō in poſſeſſione modo pater
ni regni eet: ſed etiam ſocios Carthaginenſiū populos Meſſuloꝝq.
fines: id Syphacis regnū erat: uaſtaret. Inde irritato ad bellum Sy
phace inter Cirtam Hypponemq. i iugis opportunoꝝ ad omia
montium conſedit. Maiorem igitur eam rem iam Syphax Rex
ratuſ: q̄ ut per pfectum ageret: cū filio iuuene: nomen Vermine
erat: parte miſſa exercitus impat: ut circūducto agmine in ſe in

Clupea urbs

Tapſus urbs

Vermina. ſiphacis filius

tentū hostem ab tergo inuadat Nocte profectus Vermina qui ex
occulto aggressurus eum erat Siphax autem interdu apto iti
nere ut q̄ signis collatis acie dimicaturus esset mouet castra u
bi primo tempus uisum est quo pueniſſe iam circūmissi uideri po
terant & ipē leui cluo ferente ad hostem tū multitudine fretus
tū preparatis ab tergo īsidiis per adūsum montem erectā aciem
ducit Masanissa fiducia maxīe loci quo multo equiore pugnatu
rus erat & ipē dirigit suos Atrox prelium & diu anceps fuit lo
co & uirtute milituū Masanissā: multitudine que nimio ma
ior erat Syphacem iuuāte Ea multitudo diuisa cū pars a frōte
urgeret pars ab tergo circūfudisset uictoriā haud dubiam Sy
phaci dedit & nec effugium quidem patebat hinc a fronte hīc
ab tergo inclusis Itaq; ceteri pedites equitesq; cesi aut capti cc.
ferme equites Masanissa circa se cōglobatos diuisosq; turma
tim in tris partes erumpere iubet loco predicto ī quem ex dissipa
ta conuenirent fuga ipse qua intenderat inter media tela hosti
um euadit Due turme hesere altera metu dedita hosti altera pē
tinacior ī repugnando telis obruta & cōfixa est Verminam pro
pe uestigiis instantem ī alia atq; alia flectendo itinera ludens te
dio & desperatione tandem fessum absistere a sequendo coegit Ipē
cū Lxx equitibꝰ ad minorem Syrtim peruenit ibi cū cōscientia
egregia sepe repetiti regni paterni inter punica emporia gentēq;
Garamantum omē tpūs usq; ad C. Lelii classisq; Romane aduē
tum ī Africam cōsumpsit Hec aūm inclinant ut cū modico po
tuiſ q̄ cū magno presidio equitum ad Scipionem quoq; postea ue
nisse Masanissam credam Quippe illa regnanti multitudo hec
paucitas exulis fortunę conueniens est Carthaginenses ala eqtū
cū p̄fecto amissa alioq; equitatu per nouum delectum compato
Hannonem Hamilcaris filium p̄ficiunt Hasdrubalem subinde
ac Syphacem per lr̄as nuntiosq; postremo etiam per legatos ar
cessunt Hasdrubalem opem ferre circūsesse patrię iubent Sypha
cem orant ut Carthagini & uniuerse Africe subueniat Ad Vti
cam tū castra Scipio ferme mille passus ab urbe habebat tr̄ãsla
ta a mari ubi paucos dies statiua conuncta classi fuerant Hā
no nequaq̄ satis ualido nō modo ad lacessendum hostes sed ne
ad tuendos quidem a populationibꝰ agros equitatu accepto id

Redit ad rēs carthaginensium & Scipionis

Saleca urbs . af.

omnium primū egit ut per conquisitionem nūm equitum augeret
nec aliaꝝ gentium aspernatus maxīe tamen Numidas id longe
primum equitum ī Africa est genus conducit. Iam ad quattuor
milia equitum habebat cū Salecam nomine urbem occupauit. xv.
ferme milia ab Romanis castris. Quod ubi Scipioni relatum est
estiua sub tectis agere equitatus inquit sint uel plures dū tale
ducem habeant Eoq. minus sibi cessandū ratus quo illi segnius
rem agerent Masanissam cum equitatu p̄missum portis obeq
tare atq. hostem ad pugnam elicere iubet. Vbi omīs multitudo se
effudisset grauiorq. iam i certamine esset q̄ ut facile sustineri pos
set cederet paulatim se in tp̄re pugne uenturum. Tantū moratus
quantū satis tp̄ris p̄gresso uisum ad eliciendos hostes cū roma
no equitatu sequutus tegentibꝫ tumulis qui popportune circa uię
flexus suppositi erant occultus processit Masanissa ex composito
nūc terrentis nc timentis modo aut ipis obequitabat portis aut
cedendo cū timoris simulati spem audaciam hosti faceret ad insequē
dum temere eliciebat. Non dum omēs egressi erant uarieq. dux fa
tigabatur alios uino & somno graues arma capere & frenare eq̄os
cogendo alios ne sparsi & i cōditi sine ordine sine signis omībꝫ por
tis excurrerent obsistendo primo incaute se inuebentes Masanis
sa excipiebat. Mox plures simul cōferti porta effusi equauerant
certamen postremo iam omīs equitatus prelio cū adesset sustineri
ultra nequiuere. Non tn effusa fuga Masanissa sed cedendo sensim
impetus eoꝝ excipiebat donec ad tumulos tegentes Romanum
equitatum pertraxit. Inde exorti equites & ipsi integris uiribus &
recentibꝫ equis Hannone Afrisq. pugnando ac sequendo fessis se
circūfudere. Et Masanissa uersis subito equis i pugnam redit. Mil
le ferme qui primi agminis fuerant: quibꝫ haud facilis receptus
fuit cū ipo duce Hannone intercluſi atq. interfecti sunt. Ceteros du
cis p̄cipue territos cede effuse fugientes per. xxx. milia passuū
uictores sequuti ad duo preterea milia equitum aut ceperunt aut
occiderunt. Inter hos satis cōstabat non minus cc. Carthaginensium
equites fuisse & duūuis quosdam & q̄ne illustres & eodem forte
quo hec gesta sunt die naues que p̄dam i Siciliam uexerant cū
cōmeatu rediere uelut ominate ad predam alteram repetendam
sese uenisse. Duos eodem noīe Carthaginensium duces duobꝫ eq̄stri

bus prelus interfcōs nō omēs auctores sunt ueriti credo ne fallerent
bis relata eadem res Celius quidem & Valerius captum etiā Han
nonem tradunt. Scipio pfcōs equitesq; prout cuiusq; opa fuerant
& ante omēs Masanissam insignib; donis donat: & firmo psidio
Salete imposito ipe cū cetero exercitu profcūs nō agris modo quacū
q; incedebat populatis sed urbibus etiam quibusdam uicisq; expu
gnatis late fuso terrore belli septimo die q̄ profcūs erat magnam
uim hoium, et pecoris & omis gnis prede trahens i castra redit. Gra
uesq; itez hostium spoliis naues dimittit. Inde omissis expeditoib;
paruis populationibusq; ad oppugnādam Vticam omēs belli uires cō
uertit. Eam deinde si cepisset sedem ad cetera exequenda habiturus
Simul & a classe nauales socii q̄ ex pte urbs mari abluitur: simul
& terrestris exercitus ab iminente prope ipis menib; tumulo est
admotus. Tormenta machinasq; etiam aduexerat secum & ex Sici
lia cū cōmeatu missa erant & noua i armamtario multis talium
opez artificib; de industria iclusis fiebāt Vticensib; tanta undiq;
mole circūsessis i Carthaginēsi populo Carthaginensib; i Hasdru
bale ita si is mouisset Syphacem spes omis erat. Sed desiderio indi
gentium auxilii tardius cuncta mouebantur. Hasdrubal intentissi
ma conquisitione cū ad xxx milia peditum tria equitū cōfecisset
nō tamen ante aduentum Syphacis castra propius hostem mouē
est ausus. Syphax cū L. milib; peditum x. equitū aduenit. Con
festimq; motis ab Carthagine castris haud procul Vtica munitio
nib; q; Romanis cōsedit. Quez aduentus hoc tn momenti fecit ut
Scipio cū xl. ferme dies nequicq̄ omia experiens obsedisset Vticā
abscederet inde irrito incepto. et cim hyems instabat castra hyberna
i promotorio quod tenui iugo continenti adherens i aliq̄tum maris
spatium extenditur cōmunit uno uallo & nauliū castra amplectit
iugo medio legionū impōitis castris littus ad septentrionē uersus
subducte naues naualesq; socii tenebant meridianā uallem ad al
tez littus deuexam. Hec i Africa usq; ad extremū autūni gesta
Preter conuectu undiq; expopulatis circa agris cōuectum frūmētū
cōmeatusq; ex Sicilia atq; Italia aductos CN Octauius propre
tor ex Sardinia ab T. Claudio ptore cuius ea prouncia erat in
gentem uum frumti aduexit horreaq; nō solum ea q̄ iam facta erāt
repleta sed noua edificata. Vestimenta exercitui decrant id manda

Res in Italia geste

∴ brutij

tum Octauio ut cū pretore ageret siquid ex ea prouincia cōparari
aut mitti posset. ea quoq. haud segniter curata res mille cc toge
breui spatio & xii. milia tunicarū missa. Estate ea qua hec ī Africa
acta sunt P. Sempronius Consul cui prouincia erat ī agro Croto
nensi cū Annibale ī ipō itinere tumultuario prelio cōflixit. Agmi
nibꝫ magis q̄ acie pugnatū est. Romani pulsi & tumultu uetius
q̄ pugna ad mille & cc. de exercitu Cons. interfectis ī castra tre
pidi redierē. neq. oppugnare tn̄ ea hostes ausi. Cetera silentio
proxīe noctis profectus inde Consul premisso nuntio ad P. Lici
nium proconsl. ut suas legiones admoueret copias conuinxit ita
duo duces duo exc̄itus ad Annibalem redierūt. nec mora dimi
candi fēa est cū Consuli dupplicate ures. Peno recens victoria a
nimos faceret. In ipam aciem suas legiones Sempronius induxit
In subsidiis locatę P. Licinii legiones Consul principio pugne eadem
fortune primigenie uouit si eo die hostes fudisset. composq. eius
uoti fuit. Fusi ac fugati Peni supra quattuor milia armatorū cesa
paulo minus ccc. duo capta & equi xl. & xi militaria signa. Per
culsus adūso prelio Annibal Crotonē exercitū reduxit. Eodem
tpre. M. Cornelius Consul in altera parte Italię nō tam armis q̄
iudicio terrore Etruriam continuit totam ferme ad Magonem
ac per eū ad spem nouandi res uersam. Eas questiones ex S.C. mi
nime ambitiose habuit multiq. nobiles Etrusci qui aut ipi erant
aut miserāt ad Magonem ac per eum ad spem de populorū suorū
defectiōe primo erāt presentes. cū absentes damnati essent cor
poribꝫ subtractis bona tn̄ que publicari poterant pignerada pe
ne prebebant. Dum hec Cons. duūsis regionibꝫ agunt. Censores
interim Rome M. Liuius & C. Claudius senatum recitarunt.
Princeps itē delectus Q. Fabius Maximus. notati septem ne
mo tn̄ qui sella curuli sedisset. Sarta tecta acriter & cū sūma fi
de exegerunt. Viam e foro Boario & ad Veneris circa foros pu
blicos & edem matris Magnę ī palatio faciendam locauerunt.
Vectigal etiam nouum ex salaria annona statuerūt. Sextante
sal & Rome & per totam Italiam erat & Rome p̄tio eodem plu
ris in foris & conciliabulis & alibi alio p̄tio prebendū locauerūt.
Id uectigal cōmentum alterum ex Censoribꝫ satis credebant po
pulo iratum quod iniquo iudicio & quondam damnatus esset &

Primigenia fortuna

∴ condemnati. postea consentia sibi metipsi exiliū constituentes

M. liuius
C. claudius
} consuls

Sarta tecta

in ptio salis maxie oneratas tribus/quay opa damnatus erat: crede
bant: inde Senatori Salinatori Liuio inditū cognomen. Lustrum
coditū seruius quia per prouincias dimiserunt censores ut ciuium
Romanoz i exercitib⁹ quatus ubiq esset referretur nūs Censa
cū iis cclxv milia hoium. codidit lustrum c. Claudius Neroxii
deinde coloniaz quod nunq ante factū erat deferentib⁹ Censori
bus censum ceperūt ut quantū nūo militū quantū pecunia ua
lerent i publicis tabulis monumta extarent. Equitum deinde ce
sus agi ceptus est & ambo forte Censores equum publicū habe
bant cum ad tribum Polliam uentum est in qua M. Liuii nomē
erat & preco contaretur citare ipm Censorem. cita inquit Nero
M. Liuium & sine ex residua & ueteri simultate sine intempe
stiua iactatione seueritatis inflatus. M. Liuiū quia populi iudi
cio esset cōdemnatus equū uendere iussit. Item M. Liuius cum
ad tribum Narniensem & nomen Collegę uentū est: uendere e
quum C. Claudium iussit duaz rez ca Vnius quod falsum ad
uersus se testimonium dixisset. Alterius quod nō sincera fide
secū in gratiam rediisset. Itaq ibi fedum certamen inquinādi fa
mā alterius cū sue famę damno — factum. Exitu Censurę cum
uerterant ab Roma legati neq. sciebant q̄ Senatus Romani de
bello aut pace sententia esset necdum indutiaȝ dies exierat eo
indigniorem iniuriam ratus Scipio ab iis qui petissent pacem & i
dutias spem pacis & fidem indutiaȝ uiolatam esse legatos Car
thaginem L. Bebium M. Seruilium L. Fabium extemplo misit
qui cum multitudinis concursu prope uiolati essent nec reditum
tutiorem cernerent futurum: petierunt a magīatibꝫ quoȝ auxilio iis
prohibita erat ut naues mitterent: que se prosequerentur. datę tri
remes duę cū ad Bragadam flumen peruenissent inde castra Ro
mana conspiciebantur Carthaginem rediere. Classis punica ad
Uticam stationem habebat ex ea tres quadriremes seu clam misso
ab Carthagine nuntio ut fieret seu Hasdrubale qui classi pre
erat sine publica fraude auso facinus quinqueremem Romanā
superantem promontorium ex alto repente aggresse sunt sed neq
rostro ferire celeritate subterlabentem poterant neq. trāsilire ar
mati ex humilioribus ī altiorem nauem Et defendebatur egregie
quoad uela suppeditarant. Quibꝫ deficientibꝫ iam nulla alia res
eam quam propinquitas terre multitudoq. a castris in littus effu
sa tueri potuisset: concitatam enim remis quanta maxīe ui poterāt
in terram cū immisisset: Nauis tm̄ iactura facta ī columes ipi eua
serunt. Ita alio superalio scelere cum haud dubie inducie rupte es
sent: Lelius Fulviusq. ab Roma cū legatis Carthaginensibꝫ super
uenerunt quibꝫ Scipio & si non indutiaȝ fides modo a Cartha
ginensibꝫ: sed ius etiam gentium in legatis suis uiolatum esset: tm̄

se nihil nec institutis po r nec suis moribꝫ indignum iis facturum ee
cum dixisset: legatis dimissis bellum parabat. Annibale iam terre ap
propinquante iussus e nautis unus ascendere i malum ut specula
retur quam tenerent regionem cum dixisset sepulchrū dirutum
proram spectare: locū abominatus preteruehi iusso gubernatore
ad Leptim appulit classē: atq; ibi copias exposuit. Hec eo anno in
Africa gesta. insequentia excedunt in eum annū quo M Seruili
Geminus qui tum Magr eq erat & T Claudius Nero cons facti
sunt. Ceteq exitu supioris anni cū legati sociaq urbium ex Grecia
qsti essent uastatos agros ab regiis presidiis profcosq; i Macedoniā
legatos ad res repetendas nō admissos ad Philippum Regem simi
nuntiassent iii milia militū cū Sopatro duce traiecta in Africam
duci ut essent Carthaginensibꝫ presidio: & pecunie aliquantum una
missum. legatos ad Regem qui hec aduersus fedus facta uideri pa
tribus nuntiarent mittendos censuit Senatus. Missi C Terentius Var
ro CN Manlius M Aurelius His tres quinqueremes date. Annus
insignis incendio ingenti: quo cliuus publicus ad solum exustus est:
& aquaq magnitudine: sed & annone utilitate fuit preterq; quod
pace omisa Italia erat aperta & iam quod magnā uim frumenti ex
Hispania missa M Valerius Falco & M Fabius Buteo Ediles Curules
quaternis eris uicatim populo descripserūt Eodem anno Q Fabius
Maximus moritur exacte etatis. Siquidem uerum est augurem du
os & Lx annos fuisse quod quidam auctores sunt uir certe fuit dign
tanto cognomine uel si nouum ab eo inciperet. superauit paternos
honores: auitos equauit. pluribꝫ uictoriis & maioribꝫ prelis auus in
signis Rullus Sed omia equare unus hostis Annibal potest: cautior
tamen q promptior hic habitus fuit & sicut dubites utrū ingenio
cunctatior fuerit an quia ita bello proprie quod tū gerebatur aptū
erat sic nihil certius q unū hominem nobis contando rem restituisse
sicut Ennius ait. Augur in locū cuius inauguratus Q Fabius Maximus
filius eius. in eiusdem locum pontifex (Nam duo sacerdotia habuit) Ser
Sulpitius Galba. ludi Romani diem unum: Plebeii ter toti instaurati ab
Edilibꝫ M Sestio Sabino CN Tremellio Flacco. li ambo Pretores facti &
cum iis C Luius Salinator & C Aurelius Cotta. Comitia eius anni
utrū CN Seruilius Consul habuerit: an quia cum res in Etruria tenu
erint questionibꝫ ex sociis de cōurationibus principum habentem Di

·M· seruilius geminus
·T· claudius nero } cos

Sopater dux philippj carthaginē missus

·C· terentius varro
Gn· manlius
·M· aurelius } legati ad philippū

Cliuus publicus

Viliras

Mors· Q· fabij maximj

Vnus qui nobis cunctando restituit rem.
Ennius·

·M· sestius sabinus
Gn· tremellius flaccus
·C· liuius salinator
·C· aurelius cotta } pretores

ctator ab eo dictus P Sulpitius sit incertum diuersi auctores faciunt.
Principio insequentis anni M Seruilius & T Claudius Senatu in
Capitolium uocato de prouinciis retulerunt Italiam atq. Africam
i sortem conici Africam ambo cupientes uolebant Cetet Q Me
tello maxie adnitente neq. data neq. negata est Africa Cons ius
si cū Trib pl agere ut si iis uideretur populum rogarent quem uel
lent i Africa bellū gerere Omēs tribus P Scipionem iusserunt ni
hilominus Cons prouinciā Africam: Ita eim Senatus decreuerat:
i sortem cōiecerūt. T Claudio Africa euenit ut L nauium classem
omis quinqueremes i Africam traiiceret pariq. impio cū Scipione
Impator esset M Seruilius Etruriā sortitus Ineadem prouincia
& CN Seruilio prorogatū impium si Cons manere ad urbem Se
natui placuisset. Pretores M Sestius Galliā est sortitus ut duas
legiones prouinciā q. traderet ei P Quintilius Varus. C Liuius Bru
tus cū duabs legionibs quibs P Sempronius Procōsul prioris anni
prouinciā & duas legiones acciperet. Iulius proptor cū xx nauib
longis militibs mille oram Sicilię tutaretur. Inde M Pomponius
xx nauibs reliquis mille & quingentos deportaret milites Roma.
C Aurelio Cottę urbana euenit. Ceteris ita uti quisq. obtinebant
prouincias exercitusq. prorogata impia. Sexdecim nō amplius eo ā
no legionibs defensum impium est Et ut a placandis dis omia incipe
rent agerentq. ludos: quos M Claudio Marcello T Quintio Cons.
T Manlius Dictator quasq. hostias maiores uouerat si per quin
quennium illud resp. eodem statu fuisset ut eos Cons priusq̄ ad bel
lum proficiscerentur facerent. Qui in cyrco per quatridum facti:
hostieq. quibs uote erant dis cesę. Inter hec simul spes simul cura
i dies crescebat Nec satis certum cōstare apud aūm poterat utrum
gaudio dignum eet Annibalem post sextundecimū annum ex Ita
lia decedentem uacuam possessionem eius reliquisse p.r: an magis
metuendum quod incolumi exercitu i Africam traiecisset. locum ni
mirum nō periculū mutatū cuius tantę dimicationis uatem qui nu
per decessisset Q Fabium haud frustra canere solitum grauiorem i
sua terra futurum hostem Annibalem q̄ in aliena fuisset. Nec Sci
pioni aut cū Syphace incōditę barbarię Rege: cui statarius semili
xas ducere exercitus solitus sit aut cū socero eius Hasdrubale fu
gacissimo duce rem futuram aut tumultuarius exercitibus ex a

Oēs tribus iusserunt. P. scipo
nē bellum in africa gerere.

Λ prioris anni prefuerat. Gn. re
mellius siciliam ut á Publio
iulio tappulo prętore

xvj. legionibus hoc anno
bellatū.

grestuum semiermi turba subito collectis sed cū Annibale prope na
to i pretorio patris fortissimi ducis alito atq. educato inter ar
ma puero quondam milite uxdū iuuene imperatore qui senex
uincendo factus Hispanias Gallias Italiam ab alpib⁹ ad fretum
monumtis ingentiū rez cōplesset ducere exercitū equalem stipē
dijs suis duratū otium rez patentia quas uix fides fiat hoies passos
pfusum milies cruore Romano exuuias nō militū modo sed etiam
Imperatoz portantē occursuros Scipioni i acie qui Pretores qui
Impatores qui cons. Romanos sua manu occidissent. muralibus
uallaribus q. insignes coronis peruagatos capta castra captas ur
bes Romanas non ee hodie tot fasces magrātib⁹ po.r. quot cap
tos ex cede imperatoz pre se ferre posset Annibal. Has formidines
agitando ais ipi curas & metus augebant Et iam quod cū adsues
sent per aliquot annos bellū ante oculos alius atq. alius i Italie pā
tibus lenta spe i nullū propinquum debellandi finem gerere. Ere
xerat omiū aios Scipio & Annibal uelut ad suppremum cer
tamen comparati duces. Ii quoz quoq. quib⁹ erat ingens in Scipi
one fiducia & uictorie spes quo magis in propinquam eam imi
nebant animis: eo cure intentioris erant. Haud dispar habitus ai
moz Carthaginensib⁹ erat quos modo petisse pacem intuentes
Annibalem ac rez gestaz eius magnitudines penitebat. modo
cum respicerent bis esse acie uictos Syphacem captum pulsos se ex
Hispania pulsos Italia atq. ea omnia unius uirtute & cōsilio Sci
pionis facta uelut fatalem eum ducem in exitium suum natum
horrebant. Iam Adrumentū peruenerat Annibal: unde ad reficien
dum ex iactatione maritima militem paucis diebus sumptis excitus
pauidis nuntiis omia circa Carthaginem obtineri armis afferen
tium: magnis utineribus Zamam contendit. Zama quinq. diez
iter ab Carthagine abest. Inde premissi speculatores cū excepti
a custodib⁹ Romanis deducti ad Scipionem essent traditos eos Trib
mil. iussosq. omisso metu uisere omnia exploraſſent datis qui p
sequerentur retro ad Annibalem dimisit. Annibal nihil quidem
eoz que nuntiabantur. Nam & Masanissam cū sex milib⁹ peditū
quattuor equitum uenisse eo ipō forte die afferebant. Leto aio audi
uit maxie hostis fiducia: que nō de nihilo profecto concepta est p
culsus. Itaq. quanq & ipe causa belli eius erat & aduentu eius suo

÷ multos
1

Zama .op.

÷ per castra qua uellent curru
duci iussit : pcontatus q3 satis
percommode oia

210

20

turbauerat pactas indutias & spem fedez tamen si integer q̄ si uictus peteret pacem equiora posse impetrari ratus nuntiū ad Scipionem misit ut colloquendi secum potestatem faceret. Id utrum sua sponte fecerit an publico cōsilio neutrum cur affirmem habeo. Valerius Antias primo prelio uictū eum a Scipione quo xii milia armatoz ī acie sunt cesa mille & dcc capti legatū cū aliis x. legatis tradit ī castra ad Scipionem uenisse. Cetez Scipio cū colloquium haud abnuisset ambo ex cōposito duces castra protulerunt ut coire ex propinquo possent Scipio haud procul Nadagara urbe tū ad cetera loco opportuno tū quod aquatio intra teli coniectum erat consedit. Annibal tumulum a quattuor milibz inde tutum cōmodūq. alioquin nisi quod longinque adaquationi erat cepit. inde ibi ī medio locus conspectus undiq. nequid insidiaz esset delectus sūmotis pari spatio armatis cū singulis interpribz congressi sunt. Non sue modo etatis maximi duces sed omis ante se memorie oūm gentium cuuslibet Regum imperatozq; pares. paulisper alter alterius cōspectu admiratione mutua prope attoniti cōticuere. Tū Annibal prior. Si hoc ita fato datum erat ut qui primus bellum intuli p.r. qui que totiens spe ī manibz uictoriam habui is ultro ad pacem petendam uenirem: letor te mihi sorte potissimum datum a quo pacem peterem. Tibi quoq. inter multa egregia nō in ultimis laudum hoc fuerit Annibalem cui tot de Romanis ducibz uictoriam dii dedissent tibi cessisse: teq. huic bello uestris plusq̄ nris cladibz insigni finem imposuisse. Hoc quoq. ludibrium fortuna an casus ediderit ut cū patre tuo consule ceperim arma cū eodem primoum Romano imperatore signa contulerim ad filium eius inermis ad pacem petendam ueneriim ueniam. Optimum quidem fuerat eam patribz nris mentem datam ab dis ec: ut & uos Italie & nos Africe impio contenti essemus. Neq. ēim ne nobis quidem Sicilia atq. Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibz tot exercitibz tot taq. egregiis amissis ducibz sed pterita magis reprehendi possunt q̄ corrigi. Ita aliena appetiuimus ut de nris dimicaremus nec in Italia solum uobis bellum nobisue in Africa est sed & uos in portis uestris prope ac menibus signa armaq. hostium uidistis & nos ab Carthagine fremitum castroz Romanoz exaudiuimus. Quod igitur nos maxime abominaremur uos autem ante omnia optaretis ī meliore uestra fortuna de

Nadagara urbs af.

ORO Hannibalis ad Scipionem.

pace agitur: agimusq. ii quoq & maxime interest pacem ēe & qui
quodcunq. egerimus ratum cuitatesſ nr̄e habitur̄e ſint. Aio tm̄ no
biſ opus eſt nō abhorrente a quietiſ cōſiliiſ. quod ad me attinet
iam etas ſenem in patriam reuertentem unde puer profectus ſum
iam ſecunde iam aduerſe reſ ita erudierūt ut rationem ſequi q̄ for
tunam malim. tuam & adoleſcentiam & perpetuam felicitatem fe
rociora utraq. q̄ quietiſ opus eſt cōſiliis metuo. nā temere incerta
caſuum reputat quem fortuna nunq̄ decepit Quod ego fui ad Trā
ſimenum ad Cannaſ id tu hodie eſ. uixdum militari etate impio
accepto omnia audaciſſime incipientem nuſq̄ fefellit fortuna. pa
triſ & patrui ꝓſequutuſ mortem ex calamitate ur̄e domus iſigne
uirtutis pietatiſq. eximie cepiſtis. Amiſſas hiſpanias recuperaſti:
iiii inde punicis exercitib⁹ pulſis Conſul creatus cum ceteriſ ad tu
tandum Italiam parum animi eſſet trāſgreſſuſ in Africam duobus
hic exercitib⁹ ceſis binis eadem hora captis ſimul incenſiſq. caſtris
Syphace potentiſſimo Rege capto tot urbibuſ regni eius tot nr̄i i
perii ereptis me ſextundecimum iam annum herentem i poſſeſſice
Italie detraxiſti. poteſt uictoriam i q̄ malle q̄ pacem aūs. noui uo
biſ ſpiritus magis magnos q̄ utiles. & mihi taliſ aliq̄n fortuna afful
ſit. quod ſi in ſecundis rebus bonam mentem quoq. donarent dii: non
ea ſolum que euenisſet ſed etiam ea que euenire poſſent reputaremus.
ut omnium obliuiſcariſ aliorq. ſatiſ ego documenti i omeſ caſus ſum
que modo caſtris inter Anienem atq. urbem Romam poſitus ſigna
inferente ad menia Romana uideras hic cernas duob⁹ fortiſſimiſ
uiriſ fratrib⁹ clariſſimis Impatoribus orbatum ante menia prope
obſeſſe patrie: quib⁹ terrui ueſtram urbem ea pro mea deprecante.
maxīe cuiq. fortune minime credendum eſt. In boniſ tuis rebus
nriſ dubiis tibi ampla ac ſpecioſa danti eſt pax: q̄ ſperata uictoria
Hec in tua illa i deorq. manu eſt Ne tot annorq. felicitatem in u
nius hore dederiſ diſcrimen. cū tuas uireſ: tū uim fortune: Mar
temq. belli cōem propone ait⁹. Vtrinq. ferrum: corpora humana erūt.
Nuſq̄ minus q̄ in bello euentus reſpondent. nō tm̄ ad id quod data
pace iam habere poteſ ſi prelio uincas glorie adieceris: q̄tum ademe
riſ ſi quid aduerſi eueniat ſimul parta ac ſperata decora unius hore
fortuna erit quam dii dederint Inter pauca felicitatis uirtutiſq.
exempla. M. Attiluſ quondam in hac eadem terra fuiſſe fertur

∴ nobis petentibus magis neces-
ſaria q̄ honeſta. Melior tutior q̄
eſt certa pax:

∴ euertere poteſt. ōia in pace
iungenda tue poteſtatis ſunt
P. corneli. Tunc ea habenda
fortuna

qui sic uictor pacem petentib⁹ patrib⁹ nr̄is abnuit: sed no statuendo
tandem felicitati modum: nec cohibendo efferentē se fortunam
quanto altius elatus erat: eo fedus corruit. Est quidem eius q
dat nō qui petit cōditiones dicere pacis: sed forsitan nō indigni
sumus: qui nobismet ipis multam irrogemus: qui nō recusamus
quin omia propter que bellum initum est uestra sint Sicilia Sā
dinia Hispania quicquid īsulaꝝ toto inter Africam Italiáq, cōti
netur mari. Carthaginenses inclusi Africe littorib⁹ uos quando
ita dis placuit externa etiam terra mariq, uideamus regentes
impia. Haud negauerim propter nō nimis sincere petitam aut ex
pectatam nuper pacem suspectā esse uobis punicam fidem. mul
tum per quos petita sit ad fidem tuende pacis pertinet Scipio ue
stri quoq, ut audio patres nō nihil etiam ob hoc quia parum digni
tatis in legatione erat, negauerūt pacem. Annibal peto pacem: q
neq peterem nisi utilem crederem: & pp eandem utilitatem tuebor
eam propter quam petii. Et quemadmodū quia a me bellum concep
tum est nequem eius peniteret quoad ipi nō inuidere dei pstitu ita
adnitar nequem pacis per me parte peniteat. Ad hec Imperator Ro
manus ī hanc fere sententiam respondit. Non me fallebat Annibal
aduentus tui spe Carthaginenses & presentem indutiaꝝ fidem &
spem pacis turbasse Neq, tu id sane dissimulas: qui de cōditionib⁹ su
perioribus pacis omia subtrahis preter ea que iam pridem i nostra
potestate sunt. Ceteꝝ sicut tibi cure est sentire ciues tuos quanto
per te onere leuāntur: sic mihi laborandū est ne quā tunc pepigert
hodie subtracta ex conditionib⁹ pacis premia pfidie habeant: in di
gni quib⁹ eadem pateat conditio ut etiam prosit uobis fraus petitis.
neq, patres nri priores de Sicilia: neq, nos de Hispania fecimus bel
lum: & tum Mamertinoꝝ socioꝝ periculum & nē Saguntī exci
dium nobis pia ac iusta iduerūt arma. uos lacessisse & tu ipe fate
ris & dii testes sunt qui & illius belli exitum secundum uus fasq, de
derunt & huius dant & dabunt. Quod ad me attinet & humane
infirmitatis memini & uim fortune reputo & omia quecūq, agim⁹
subiecta cē mille casib⁹ scio. Ceteꝝ quemadmodū supbe & uolen
ter me facere fatere: si prius q̄ in Africam traiecissem te tua uo
luntate cedentem Italia & imposito in naues exercitu ipm uenie
tem ad pacem petendam aspernarer: sic nc cū prope manu conser

tum: reſtitantem ac terq; uerſantem i Africam attraxerim nulla ſū
tibi uerecundia obſtrictus. proinde ſiquid ad ea i que tū pax cōuen
tura uidebantur que ſunt noſti multa: nauium cū cōmeatu per indu
tias expugnatarū legatorū q; uiolatorū adiicitur: eſt quod referam
ad conſilium. ſin illā quoq; grauia uidentur bellum parate quoniā
pacem pati nō potuiſtis. Itaq; infecta pace ex colloquio cū ſe ad ſuos
recepiſſent: fruſtra uerba pacata renuntiant: armis decernendū
ē: habendamq; eam fortunam quam dii dediſſent: i caſtra ut eſt
uentum pronuntiant ambo arma expedirent militeſ aīoſq; ad ſu
premum certamen nō in unū diem: ſed i perpetuum ſi felicitas adeēt
uictoreſ Roma an Carthago ura gentib; daret: ante craſtinam
noctem ſcituroſ: neq; eim Africam aut Italiam ſed orbem terrarū
uictorię premium fore: par periculū premio quib; adūſe pugnę
fortuna fuiſſet. Nam neq; Romanis effugium ullum patebat in
aliena ignotaq; terra: etiam Carthagini ſūpremo auxilio effuſo a
deſſe uidebatur preſens excidium. Ad hoc diſcrimen procedunt
poſtero die duorū populorū opulentiſſimorū duo clariſſimi ducеſ
duo fortiſſimi exercitus multa ante parta decora aut cumulaturi
eo die: aut euerſuri. Anceps igitur ſpeſ & metus miſcebant animoſ:
contemplantibusq; mō ſuam modo hoſtiū aciem cū oculis magis q̄
ratione penſarent uiresq; ſimul leta ſimul triſtia obuerſabantur: que
ipſe ſua ſponte nō ſuccurrebāt ea ducеſ admonendo atq; hortan
do ſubiiciunt. Penus xvi annorū in terra Italia reſ geſtas tot du
ceſ Romanoſ tot exercitus occidione occiſos & ſua cuiq; decora
ubi ad inſignem alicuius pugnę memoria militē uenerat refere
bat. Scipio Hiſpanias & recentia i Africa prelia & cōfeſſionem ho
ſtium: quod neq; nō petere pacem propter metum: neq; manere
in ea pre inſita aīs pfidia potuiſſent. Ad hoc colloquium Anniba
liſ in ſecreto habitum ac liberum fingenti qua uult flectit O
minatur quib; quondam auſpitiis patres eorū pugnauerint ad
Egatiſ inſulas ea illis exeuntib; i aciem portendiſſe deoſ: adeſſe
finem belli ac laboriſ: i manib; ēe predam Carthaginiſ reditum
domum i patriam ad parenteſ liberoſ cōiugeſ penateſq; deoſ. Adeo
celſus hec corpore uultuq; ita leto ut uiciſſe iam crederes dicebat
inſtruit deinde primoſ haſtatos poſt eū principes Triariis poſtre
mam aciem clauſit nō cōfertas aut cohorteſ ante ſua quēq; ſig[a]

∴ longe

∴ at intra Italiam

212

xx2

instruebat sed manipulos aliquantum inter se distantes ut esset spa
tium quo elephanti hostium accepti nihil ordines turbarent. Le
lium cuius ante legati eo anno Questoris ex sortem ex S. C. opa
utebatur cū Italico equitatu ab sinistro cornu: Masanissam Nu
midasq. ab dextro opposuit. uias patentes inter manipulos antesi
gnanorū uelitibus ea tūc leuis armatura erat: cōpleuit dato p̄cepto
ut ad impetum elephantorū aut post rectos refugeret ordines aut
in dextram leuamq. discursu applicantes se antesignanis uiam q̄
irruerent in ancipitia tela beluis darent. Annibal ad terrorem pri
mum elephantos Lxxx aūt erant. Quot nulla unq̄ in acie habu
erat) instruxit. Carthaginenses Afrosq. & Macedonum legionem
modico interuallo relicto subsidiariam aciem Italicorū militum: Bru
tii quoq. pleriq. erant: ui ac necessitate plures q̄ sua uoluntate de
cedentem ex Italia sequuti: instruit. Equitatū etiam ip̄m circūdedit
cornibus dextrum Carthaginenses sinistrum Numide tenuerunt.
Varia exhortatio erat in exercitu inter tot hoīes quibus nō lingua nō
mores nō lex nō arma nō uestitus habitusq. non ea militandi eadē
esset. Auxiliaribus & presens & multiplicata merces ex preda osten
tatur. Galli proprio atq. insito i Romanos odio accenduntur. Li
guribus campi uberes Italie deductis ex asperrimis mōtibus i spē
uictorie ostentantur. Mauros Numidasq. in Masanisse impoten
ti futuros dominatu terret: aliis alie spes ac metus iactantur. Cartha
ginensibus menia patrie: dii penates: sepulchra maiorū liberi cum
parentibus coniuges pauide aut excidium seruitiumq. aut impe
rium orbis terrarū nihil aut i metum aut i spem medium osten
tatur. Cum maxīe hec Imperator apud Carthaginenses duces sua
rum gentium inter populares pleraq. per interpretes intermixtos
alienigenis ageret: tube cornuaq. ab Romanis cecinerunt: tan
tusq. clamor ortus ut elephanti in suos sinistro maxīe cornu cō
uerterentur Maurosq. ac Numidas. Addidit facile Masanissa pcul
sis terrorem: nudauitq. ab ea parte aciem eq̄stri auxilio. paucę
tū bestiarū intrepide in hostem actę inter Velitum ordines cum
multis suis uulneribus ingentem stragem edebant: resilientes enim
ad manipulos Velites cum uiam elephantis ne obtererentur fecisset
in eas ancipites ad ictum utriq. conijciebat hastas: nec pila aban
signanis cessabant: donec undiq. incidentibus telis exacti ex Ro

Deinde auxilia liguum: gallo
rum q̄: balearibus / mauris q̄
admixtis in secunda acie

·X·

mana acie hi quoq; in suo dextro cornu ipos Carthaginensium eq
tes in fugam uerterunt. Lelius ut turbatos uidit hostes addit per
culsis terrorem utrinq; equite nudata erat punica acies cum eq
pedes concurrit nec spe nec uiribs iam par. ad hoc dictu parua sed
magna eadem i regerenda momenti res congruens clamor a Ro
manis eoq; maior & terribilior. dissone illis ut gentium multaz di
screpantibs linguis uoces. pugna Romana stabilis & suo & armoz
pondere incumbentium i hostem cocursatio & uelocitas illinc maio
quis. Igitur primo impetu extemplo mouere loco hostium aciem Ro
mani ala deinde & umbonibs pulsantes i sumotos gradu illato aliq
tum spatii uelut nullo resistente incessere urgentibs & nouissimis p
mos ut semel mota aciem sensere quod ipm uum magnam ad pelle
dum hostem addebat Apud hostes auxiliares cedentes secunda aci
es Afri & Carthaginenses adeo no sustinebat ut contra etiam ne resi
stentes ptinaciter primos cedendo ad se pueniret hostis pedem re
ferret Igitur auxiliares terga dant repente & i suos uersi partim
refugere in secundam aciem partim non recipientes cedere uti pau
loante non aduti & tuc excluси & prope duo iam pmixta prelia
erant cum Carthaginenses simul cum hostibs simul cu suis cogere
tur conserere manus non tamen ita perculsos iratosq; in aciem acce
pere sed densatis ordinibs i cornua uacuuq; circa campum ex pre
lium eiecere pauidos fuga uulneribsq; milites ne certa & integra
aciem miscerent Ceteq; tanta strage boum armoq; locu in quo ste
terant ante auxiliares compleuerant ut prope difficilior trasitus
esset q; per cofertissimos hostes fuerat Itaq; qui primi fuerut hasta
ti per cumulos corpoq; armoq; & tabem sanguinis qua quisq;
poterat sequentes hostem & signa & ordines confuderunt Principu
quoq; signa fluctuare ceperant uagam ante se cernentes aciem Qd
Scipio ubi uidit receptui prope canere hastatis iussit & sauciis in
postremam aciem subductis principes Triarios q; in cornua inducit
quo tutior firmiorq; media hastatoq; acies cet Ita nouu deintegro
prelium ortum est Quippe ad ueros hostes peruentum erat & ar
moq; gne & usu militie & fama req; gestaq; & magnitudine
uel spei uel periculi pares Sed nuo Romanus superior erat & aio
quod iam equites iam elephantos fuderat iam prima acie pulsa i
secunda pugnabat In tempore Lelius ac Masanissa pulsos per ali

Hannibal á scipione prelio in africa superatur

Strages pene

quantum spatii sequuti equites reuertentes ī auersam hostium aciē incurrere Is demū equitū impetus perculit hostem multi circumuenti unaue cesi per patentem circa campum fuga sparsi tenē te omia equitatu passim interierūt Carthaginensiū sociorūq; cesa eo die supra milia xx. par ferme nūs captus est cū signis militaribs Cxxxiii elephantis xi uictores ad x milia cecidere Annibal cū paucis equitibs inter tumultū elapsus Adrumentum pfugit omia & in prelio & ante aciem priusq; excederet pugna expertus Et confessione etiam Scipionis oūmq; peritor militiē illā laudem adeptus singulari arte aciē eo die instruxisse: elephantos ī prima fronte: quor fortuitus īpetus atq; intollerabilis uis signa sequi & seruare ordines in quo plurimū spei ponerent: Romanos prohiberet. Deinde auxiliares añ Carthaginensium aciem ne boies mixti ex colluuione oūm gentium quos nō fides teneret: sed merces: liberū receptum fuge haberent simul primū ardorem atq; impetū hostium excipientes fatigarent ac si nihil aliud alii missilibs alii uulneribs suis ferrū hostium hebetarent. Tum ubi omis spes eet milites Carthaginenses Afros q; ut omnibs rebus aliis pares eo qđ integri cum fessis ac sauciis pugnarent supiores essent. Italicos interuallo quoq; diremptos incertos socii an hostes essent ī postremam aciem sūmotos. Hoc edito uelut ultimo uirtutis ope Annibal cū Adrumentum pfugisset accitusq; unde Carthaginem vi ac xxx anno postq; puer inde profectus erat rediisset fassus ī curia e nō prelio modo se esse sed bello uictum nec spem salutis alibi q; ī pace impetrāda ee. Scipio cōfestim expugnatis a prelio hostiū castris direptisq; cū ingenti preda ad mare ac naues redit nūtio allato P. Lentulum cū L. rostratis c. onerariis nauibs cū omi qne cōmeatus ad Vticam accessisse. Admouendū igitur undiq; terrorem perculse Carthagini ratus: misso Lelio Romā cū uictorie nuntio CN. Octauium terrestri itinere ducere legiones Carthaginem ubet ipe ad suam ueterem noua Lentuli dās se adiuncta profectus ab Vtica portum Carthaginis petit. haud procul aberat cū uelata ifulis ramisq; olee Carthaginensium occurrit nauis. Decem legati erant principes ciuitatis auctore Annibale missi ad petendam pacem: qui cū ad puppim ptorie

P. Lentulus

naui accessissent uclamenta supplicum porrigentes orantes implo
rantesq. fidem & misericordiam Scipionis. Nullum ius aliud respō
sum datum: q̄ ut Tunetem uenirent. eo se moturū castra. Ipe ad
contemplandum situm Carthaginis nō tam noscendi ī pntia q̄
terrendi hostis cā Vticam eode octauio reuocato redit. Inde pro
cedentib ad Tunetem nuntius allatus Verminā Sypha cis filiū
cū equitib pluribus q̄ peditibus uenire Carthaginensib auxilio.
pars exercitus cū oī equitatu missa Saturnalib primis agm̄
aggressa Numidas leui certamine fudit. exitu quoq. fuge inter
clusos parte oī circūdatis equitib xv. milia hoīum cesa mille &
cc. uiui capti sunt & equi Numidici mille & d. signa militaria
duo & Lxx. Regulus ipe inter tumultum cū paucis effugit. Tum
ad Tunetem eodem quo antea loco castra pōita. Legatiq. xxx. Cā
thagine ad Scipionem uenerūt & illi quidem multo miserabili'
q̄ ante quia magis cogebat fortuna egerunt. sed aliq̄to mino
re tn misericordia ab recentis memoria pfidie auditi sunt. quā
q̄ iusta ira oīs ad defendam stimulabat Carthaginem tn cum
& quanta res eet & q̄ longi temporis obsidio tam munitæ & tam
ualide urbis reputarent & ipm Scipionem expectatio successo
ris futuri ac uenturi ad paratam alterius labore ac periculo
finiti belli famam sollicitaret. ad pacem oīum animi ūsi sunt.
Postero die reuocatis legatis & cū multa castigatioe pfidię mo
nitis ut tot cladib edocti tandem deos & iusturādum ee crede
rent. conditiones pacis dicte: ut liberi legib suis uiuerent. quas
urbes: quosq. agros: quibusq. finib ante bellum tenuissent te
nerent. populandiq. finem eo die Romanus faceret. Perfugas
fugitiuosq. & captiuos oms redderent Romanis. Et naues ro
stratas preter triremes traderent. Elephantosq. quos haberent
domitos. neq. domarent alios. Bellum neue in Africa neue ex
Africam iniussu p.r. gererent. Masanisse res redderet: feduſq.
cū eo facerent. Frumentum stipendiumq. auxilius donec ab Ro
ma legati uenissent prestarent. x. milia talentū argenti deseri
pta pensionib equis in annos. L. soluerent. Obsides. c. arbitratu
Scipionis darent nec minores. xiii. annis. neu. xxx. maiores.
indutias ita se daturum. si per priores indutias naues onerarię
captę. queq. fuissent ī nauib restituerentur. aliter nec īdutias

Vermina

Conditiones pacis & leges carthaginensib á Scipione date.

Gisgo

Verba hamibalis in carthaginensi senatu cum gisgone é superiori loco detrayosset: q̄ pacem dissuadebat

nec ſpem pacis ullam eſſe. Has conditiones legati cū domum referri uſſi in contionem ederent & Giſgo ad diſſuadendū pacem proceſſiſſent audiretur q. a multitudine inquieta & imbelli: indignatus Annibal dici ea in tali tempore audiri & arreptū Giſgonem manu ſua ex ſuperiori loco detraxit. Que inſueta libere ciuitati ſpecies cū fremitū populi mouiſſet & perturbatus militaris uir urbana libertate. No uem inquit annoz a uobis profectus poſt ſextum & trigeſimum annum redii militares artes quas me a puero fortuna nec priuata nec publica docuit probe uideor ſcire urbis ac fori iura leges mores uos me oportet doceatis. Excuſata imprudentia diſſeruit de pace multis uerbis quam nec iniqua & neceſſaria eſſet. Id omium maxie difficile erat quod ex nauibo per indutias captis nihil preter ipas comparebat naues nec inquiſitio erat facilis cum aduerſantes paci arguerentur. placuit naues reddi & homines undiq. inquiri. Cetera que abeſſent eſtimanda Scipioni permitti atq. ita pecunia luere Carthaginenſes. Sunt qui Annibalem ex acie ad mare peruenisſe inde preparata naue ad Regem Antiochum extemplo profectum tradant poſtulantiq. ante omia Scipioni ut ſibi Annibal traderetur responſum eſt Annibalem i Africa no eſſe. Poſtq̄ redierūt ad Scipionem legati: que publica i nauib fuerant ex publicis deſcripta rationib Queſtoreſ: que priuata profiteri domini uſſi. pro ea ſumma pecunie xxv milia pondo argenti preſentia exacta: indutieq. Carthaginenſibus date in treſ menſes. Additum ne per indutias tpus alio uſq̄ q̄ Romam mitterent legatos & que cunq. legati Carthaginem ueniſſent ne ante dimitterent eoſ q̄ Romanum imperatorē q̄ & que petentes ueniſſent certiorem faceret. Cum Legatis Carthaginenſib Romam miſſi L. Veturius Philo & M. Martius Ralla & L. Scipio Impatoris frater. Per eos dies comeatus ex Sicilia Sardiniaq. tantam uilitatem annone fecerunt ut pro uectura frumentū nautis mercatores relinquerent. Rome ad nuntium primū rebellionis Carthaginenſium trepidatum fuerat. Iuſſus erat T. Claudius mature ut Siciliam claſſem ducere atq. ide in Africam traiicere. Et alter Conſul M. Seruilius ad urbem morari, quo ſtatu reſ i Africa eſſent ſciretur. Seqniter omia i compta da deducendaq. claſſe a T. Claudio Conſ. fra erant quod patres de pace Scipionis potius arbitrium eſſe quib legib daretur q̄ conſulis

∴ donec

censuerant Prodigia ergo nuntiata sub ipa fama rebellionis terrore attulerant. Cumis solis orbis minui uisus. Et pluit lapideo hymbri. Et in Veliterno agro terra ingentib⁹ cauernis consedit. Arboresq. i profundum hauste. Aricie forum & circa taberne fruſione murus aliquot locis & porta de celo tacta Et i palatio lapidib⁹ pluit. Id prodigium more patrie nouendiali sacro cetera hostiis maioribus expiata Inter que & iam aquay insolita magnitudo in religionem uersa. nam ita abundauit Tyberis ut ludi appollinares circo inundato ex portam collinam ad edem Erycine ueneris parati sint. Ceteq ludoq ipo die serenitate subita orta pompa duci cepta ad portam colli nam ad Edem Erycine Veneris parati sint reuocata ductaq. i circum est cum decessisse inde aquam nuntiatum est esset Letitiaq. populo & ludis celebritatem addidit sedes sua solemni spectaculo reddita Claudium Cons. profectum tandem aburbe inter portus Conspanum Lorentanumq. atrox uis tempestatis adorta i metum ingentem adduxit Populoniosq. inde cum pueniſſet stetisſetq. ibi dum reliquum tempestatis excuret Iluam insulam ex Ilua Corsicam a Corsica in Sardiniam traiecit ibi superantem insanos montes multo seuior & ifestioribus locis tempestas adorta disiecit classem. Multe quassate armamentisq. spoliate naues: quedam fracte. ita uexata ac lacerata classis Caralis tenuit ubi dum subducte reficiuntur naues hyems oppressit ci cumactumq. anni tempus & nullo prorogante impium priuatus T. Claudius classem Romam reduxit. M. Seruilius ne comitioq causa ad urbem reuocaretur Dictatore dicto CN. Seruilio Gemmino i prouinciam est profectus Dictator Magistrum eq. Eluum Petum dixit Sepe comitia indicta perfici tempestates prohibuerunt. itaq. cum preter iduſ Martias uetereſ magistratus abiſſent: noui suffecti nō essent resp sine curulib⁹ magistratib⁹ erat. L. Manlius Torquatus pōtifex eo anno mortuus: in locum cuius suffectus L. Galba ab L. Licinio Lucullo & Q. Fuluio Edili Curuli. Ludi Romani ter toti instaurati pecuniam ex erario Scribe uiatoresq. Edilitii clam egessisse pindicem dānati sunt non sine infamia Luculli Edilis. P. Elius Tubero & L. Lictorius Edilis plebis uitio creati magistratu se abdicauerunt qui cum ludos ludoq q. cā epulum Ioui feciſſent & signa tria ex multa hi argento fca i Capitolio posuiſſent Cerealia ludos Dictator & Magr equitum & ex. S. C. fecerunt. Legati ex Africa Romani simul Carthaginenſesq.

Prodigia

compsani

Ilua insula

Caralis hodie cagli

Cn. seruilius geminus dictator

Elius petus magr eq.

cum uenissent Romam Senatus ad edem Bellone habitus: ubi cū L.
Veturius Philo pugnatū cū Annibale ee suprema cū Carthagine
sibus pugna: finemq; tandem lugubri bello impositū ingenti leti
tia patrū exposuisset: adiecit Verminā etiam Syphacis filium
que parua benegeste rei accessio erat: deuictum i contionem ire
inde prodire iussus gaudiumq; id populo imparture. Tum patu
ere fcā gratulatione dmia in urbe templa: supplicationesq; decrete
i triduum. Legatis Carthaginensium & Philippi Regis (nam q;
uenerant) petentibs ut Senatus sibi daretur responsum iussu pa
trum a Dictatore est. Cons. nouos ius Senatum daturos esse. Co
mitia inde habita. Creati Cons. CN. Cornelius Lentulus. P. Eli
us Petus. Pretores M. Iulius Penus cui sors urbana euenit. M. Va
lerius Flaccus Brutios. M. Fabius Buteo Sardiniam. P. Elius
Tubero Siciliam est sortitus. Tum uero de prouincis Cons. nihil
ante placebat agi q̄ Legati Regis & Carthaginensiū auditi essēt
Belli finem alterius principium alterius prospiciebant animis. CN.
Lentulus Consul cupiditate flagrabat prouincię Africę seu bellū
foret facilem uictoriam fore seu iam finiretur finitū belli tanti se
Cons. gloriam petens. Negare itaq; prius quicq̄ agi passurum q̄
sibi Africa decreta eēt. Concedente Collega moderato uiro & pru
denti qui glorię eius certamen cū Scipiōe preterq̄ quod iniquū
esset etiam īpar futurum cernebat. Q. Minutius Termus & M.
Attilius Glabrio Trib. pl. rem priore anno nequicq̄ temptatam
a T. Claudio Cons. Gn. Cornelium temptare aiebant. Ex auctorita
te prūm latū ad populum est cuius uellent īperium i Africa ee
oms. v. & xxx. tribus. P. Scipioni id impium decreuisse. Multis
contentionibs i Senatu & ad populum acta res. Postremo eo dedu
cta res est ut Senatui permitteret. Patres igitur urati: ita conue
nerat: censuerūt uti Cons. inter se prouincias compararent: sorti
rentur uter Italiam: uter classem nauium. L. haberent. cui classis
obuenisset in Siciliam nauigaret. Si pax cū Carthaginensibs cō
poni nequisset i Africam trauceret. Consul mari Scipio eodem quo
adhuc iure impii terra rem gereret. Si conditiones conuenirent pa
cis. Tr. pl. populum rogarent utrum Cons. an Publium Scipionem
iuberent pacem dare: quem si & deportandus exercitus uictor ex
Africa esset deportare si pacem p.f. Scipionem dari atq; ab eode

·Gn· cornelius lentulus] cos
·P· elius petus
·M· iulius penus
·M· ualerius flaccus] pretores
·M· fabius buteo
·P· elius tubero

uero

exercitū deportari iussissent ne Consul ex Sicilia ī Africam traiiceret
Alter Consul cui Italia euenisset duas legiones a Sestio Pretore ac
ciperet P Scipioni cū exercitib quos hret in prouincia Africa pro
rogatum impium Pretori M Valerio Falconi due legiones in
Brutus quib C Luius prior anno pfuerat decretę. P Elius Pre
tor duas legiones ī Sicilia ab CN Tremelio acciperet Seruilio pri
oris anni Consuli cū suis duabs item legionib in Etruria proro
gatum impium est Quod ad Hispanias attineret aliquot iā ānos
ibi L Cornelium Lentulū & L Manlium Accidinum esse ut ii Cōs
cū Trib agerent si eis uideretur ut plebem rogarent cui uiderent
ī Hispania impium ee. Ilex duob exercitib ūnam legionem cō
scriberet Romanos milites & in xv cohortes socios latim nois qb
prouinciam obtineret. Veteres milites L Cornelius & L Manli
us in Italiam deportarent Cornelio Cons L nauiū classis ex
duabs classib C Octauii q in Africa esset P Iulii q Sicilie oram
tuebantur decreta ut quas naues uellet deligeret P Scipio L lon
gas naues haberet quas habuisset quib si CN Octauius sicut p
fuisset preesse uellet Octauio Propretori ī eum annum impium
esset Si Lelii pficeret CN Octauius Romam decederet redu
ceretq naues quib Consuli usus nō esset Et M Fabio ī Sardinia
x longe naues decretę Et Cons duas legiones urbanas scribere
ussi ut xiiii legionib eo anno c nauib longis resp admistra
retur Tum de Legatis Philippi & Carthaginensium actum. Pri
ores Macedonas introduci placuit quoꝝ uaria oratio fuit: parti
purgantium que q̄sti erant missi ad Regem a Roma Legati
de populatione sociꝝ. partim ultro accusantium quidem & socios
p r Sed multo infestius M Aurelium que ex trib ad se missis le
gatis delectu habito substitisse: & se bello lacessisse contra fedus: &
sepe cum pfectis suis signis collatis pugnasse: postulantiū ut Ma
cedones duxq eoꝝ Sopater qui apud Annibalem mercede militas
sent captiq. in uinculis essent: sibi restituerentur Adūsus ea M.
Furius missus ad idipm ab Aurelio ex Macedonia disseruit. Au
relium reluctum ne socii p r fessi populationib atq. iniuria ad Re
gem deficerent finib sociꝝ nō excessisse dedisse operam ne ī
pune agros eoꝝ transcenderent populatores. Sopatrum ex purpu
ratis & propinquis Regis ee eum cum quattuor milibus Macedo

Legro una fabio in sardinia: quam P. lentulus pretor habuisset decernitur: M.

xuy. legionibus hoc anno bellatu.

Legatio philippi in senatu audita

M. furius legatus philippi respondet

Responsū senatus ad legatos philippi.

num & pecunia missum nuper in Africam ēe Annibali Carthaginen
sibusq auxilio De iis rebus interrogati Macedones cū perplexe re
sponderent ipi ante responsum tulerunt Bellum querere Regem: &
si pergat prope diem inuenturum. duplicīter ab eo fedus uiolatum
& quod socius p r iniurias fecerit; bello armisq lacessiuerit &
quod hostes auxiliis & pecunia iuuerit. Et P Scipionem recte atq
ordine uideri feciſſe & facere quod eos qui arma cōtra po r ferent
tes sunt capti hostium nūo in uinculis habeat Et M Aurelium e
rep facere: gratūq id Senatui esse quod socios p r quando iure fe
deris nō posset armis tueatur. Cū hoc tam tristi responso dimissis
Macedonibus Legati Carthaginenses uocati quoq etatibꝫ digni
tatibꝫ conspectis. nam longe primi ciuitatis erant tum pro se quisq
dicere uere de pace agi insignis tum inter ceteros Hasdrubal erat
Hedum populares cognomine appellabant pacis semper auctor ad
iusq factioni Barchine' eo tum illi plus auctoritatis fuit Belli cul
pam in paucoq cupiditatem a rep transferenti Qui cum uaria ora
tione usus esset nunc purgando crimina nūc quedam fatendo: ne
impudenter certa negantibꝫ difficilis uenia esset nunc monendo ēt
P C. ut rebus secundis modeste ac moderate uterentur: si se atq Han
nonem audissent Carthaginenses & ipi tempore uti uoluissent datu
ros fuisse pacis conditiones quas tunc peterent. Raro simul hominibꝫ
bonam fortunam bonamq mentem dari: p r eo inuictum esse quod
in secundis rebus sapere & consulere meminerit: & hercule mirā
dum fuisse si aliter facerent ex insolentia quibꝫ noua bona fortuna
sit impotentes insanire. p r usitata ac iam prope obsoleta ex uictoria
gaudia esse: ac plus pene parcendo uictis q̄ uincendo impium auxis
se. Ceteroq miserabilior oratio fuit cōmemorantium ex quantis opi
bus quo recidissent Carthaginensium res: nihil eis qui modo prope
orbem terraq obtinuissent armis superesse preter Carthaginis menia:
us inclusos nō terra nō mari quicq̄ sui iuris cernere. Vrbem quoq ipam
ac penates ita habituros si non in ea quoq menia quo nihil ulterius
sit seuire p r uelit. Cum flecti misericordia patres appareret Sena
toq unum infestum pfidię Carthaginensium succlamasse ferunt p
quos deos fedus acturi essent: cum eos p quos ante actum esset fe
fellissent. Per eosdem inquit Hasdrubal qui tam infesti sunt federa
uiolantibꝫ Inclinatis omium ad pacem aīs. CN Lentulus consul cui

Hasdrubal hedus

∴ Letitia

classis prouincia erat S C interceſſit. Tū M Aurelius Attilius &. Q.
Minutius Tr. p ad populum tulerunt uellent iuberent ne Senatum
decernere ut cum Carthaginenſibꝫ pax fieret & quem eam pacem
dare queq. ex Africa exercitus deportare iuberent. de pace uti ro
gaſſent omneſ tribuſ iuſſerunt pacem dare P. Scipionem eundem ex̄
citum deportare. Ex hac rogatione Senatuſ decreuit ut P. Scipio ex
x legatoꝝ ſententia pacem cū populo Carthaginenſi quibꝫ legibus
ei uideretur faceret. Gratias deinde Carthaginenſeſ egere patribus:
petieruntq ut ſibi in urbem introire & colloq cum ciuibꝫ ſuis liceret q
capti in publica cuſtodia eſſent: eſſe in iis partim propinquos amicoſ
q ſuos nobileſ hominеſ: partim ad quos mandata propinquis habe
rent. quibuſ conuentiſ cum rurſuſ peterent ut ſibi quoſ uellent re
dimendi ex iis poteſtas fieret iuſſi nomina edere & cū cc. ferme
ederent. S. C. factum eſt ut legati Romani cc. ex captiuis quos Cā
thaginenſeſ uellent ad P. Cornelium Scipionem ī Africam depō
tarent nuntiarentq ei ut ſi pax conueniſſet ſine precio eos Cartha
ginenſibꝫ redderet. feciales cū ī Africam ad fedus faciendum mit
iuberentur: ipiſ poſtulantibꝫ S. C. in hec uerba factum eſt: ut priuoſ
lapideſ ſilices priuaſq uerbenas ſecum ferrent uti pretor romanuſ
iſ imperaret ut feduſ ferirent ſibi illi ptorem Saginina poſcerent
herbe id genus ex arce ſumptum dari fecialibꝫ ſolet Ita dimiſſi ab
Romanis Carthaginenſeſ cum ī Africam ueniſſent ad Scipionē
quibꝫ ante dictum eſt legibꝫ pacem fecerunt: nauеſ longas elephā
toſ pfugas fugitiuoſ captiuoꝝ quattuor milia tradiderunt: in
ter quoſ Q. Terentius Culleo Senator fuit. Nauеſ profectas in altū
incendi iuſſit quingentas fuiſſe omīs gnīs que remis agerentur
Quidam tradunt quaꝝ conſpectum repente incendium tam lugu
bre fuiſſe Peniſ q̄ ſitum ipa Carthago arderet De pfugis grauius
q̄ de fugitiuiſ conſultum. Nominis Latini qui erant ſecuri percuſſi
Romani in crucem ſublati. Annis ante xl. pax cū Carthaginen
ſibus poſtremo facta erat Q. Lutatio M. Manlio Conſ. Bellū
initum anniſ poſt tribꝫ &xx P. Cornelio. T. Sempronio Conſ. fini
tum Septimodecimo anno CN. Cornelio P. Peto Conſ. Sepe poſtea
ferunt Scipionem dixiſſe T. Claudii primum cupiditatem deinde
CN. Cornelii fuiſſe ī mora quo minuſ id bellum exitio Carthagi
niſ finiret. Carthaginenſibꝫ cum prima collatio pecunie diutiꝰ

Saginina qd

Verba hannibalis ad hasdrubalē hedum.

bello exhaustis difficilis uideretur mestitiaq; & fletus in curia es set: ridentē Annibalem ferunt cōspectum: cuius cū Hasdrubal he dus risum increpuisset i publico fletu cū ipe lachrimay causa esset. Si quemadm̄dum oris habitus cernitur oculis inquit sic & aīus intus cerni potuisset facile nobis appareret nō leti sed prope amentis malis cordis cordis hūc quem increpatis risum ee qui tn nequaq; adeo est intempestiuus q; uestre iste absurde atq; abhorrentes lachrime sunt. Tunc flesse decuit cū adempta no bis arma incense naues interdictū externis bellis illo enim uul nere concidimus nec ee in uos odio uestro consultū ab Roma nis credatis. Nulla magna ciuitas quiescere potest si foris hoste nō habet domi inuenit ut preualida corpora ab externis cāis tuta uidentur sed suis ipa uirtb onerātur. Tantū nimiy ex pu blicis malis sentimus: quantū ad priuatas respinet nec in eis quicq; acrius q; pecunie damnum stimulat. Itaq; cū spolia uicto rie Carthagini detrahebantur: cū inermem iam ac nudam desti tui inter tot armatas gentes Africe cerneretis: nemo ingemuit. Nunc quia tributum ex priuato conferendū est tanq; in publi co funere comploratis. q; uereor ne prope diem sentiatis leuissi mo in malo uos hodie lachrimasse. Hec Annibal apud Cartha ginenses. Scipio contione aduocata Masanissam ad regnū pater num Cirtha oppido & ceteris urbis agrisq; que ex regno Sypha cis in p. r. potestatem uenissent adiectis donauit. CN. Octauium classem i Siciliam ductam. CN. Cornelio Consuli tradere iussit. Legatos Carthaginensium Romam proficisci ut q; ase ex x. le gatoy sententia fca essent ea patrum auctoritate populiq; iussu confirmarentur. Pace terra mariq; parta exercitu i naues impō to in Siciliam Lilybeum traiecit. Inde magna parte militum i na uibs missa ipe per letam pace nō minus q; uictoria Italiam effu sis nō urbibs modo ad habendos honores sed agrestium etiam turba obsidente uias Romam puenit. Clarissimoq; omnium triū pho urbem est inuectus. Argenti tulit i erario pondo c. milia. xxiii. Militibus ex preda qua dragenos ceris diuisit. Morte subtractus

Scipionis triumphus

spectaculo magis hominum q; triumphantis gloriē Syphax est Ti bure haud ita multo ante mortuus quo ab Alba traductus fuerat. Conspecta mors tn eius fuit quia publico funere est elatus. Hunc

Syphacis mors

Polybius

Regem in triumpho ductum Polybius haudquaq̃ spernendus auctor tradit Sequutus Scipionem triumphantē est pileo capiti imposito Q. Terentius Culleo: omiq. deinde uita ut dignum erat libertatis auctorem colunt Africanum. Cognomen militaris priuś fauor an populariś aura celebrauit an Sicuti felicis Sylle Magniq. Pompei patrum memoria ceptum ab assentatione familiari sit pax̄ compertum habeo Primuś certe hic Imperator nomine uictę a se gentis est nobilitatus Ex-emplo deinde huius nequaq̃ uictoria parēs insignes imaginum titulos claraq. cognomina familię fecere,

FINIS

IOHANNESFRANCISCVS MARTIVS GEMINIANĒSIS TRANSCRIPSIT.—'

BIBLIOTECA MEDICEA LAURENZIANA FIRENZE
203366

WELLCOME MED. LIBRARY
SCIENCE & MEDICINE